Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Herrenschmid

Passionis Dominicae Violarium, Sive Quinquaginta Meditationes in Passionis Dominicae Historiam, iuxta Lucae Evangelium sub Violae pictura & figura repraesentatam : In quibus Historiae, gnomae, similia, proverbia, preces, suspiria, & alia verae devotionis exempla, qua temporis amaritiem haut leviter edulcorabunt

Wittebergae: Wittebergae: Bergerus: Fincelius, 1631

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231664

Druck Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231664/phys_0001
DFG

F.m 3482.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231664/phys_0002
DFG

Mag. 3452.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231664/phys_0003
DFG

D. O. M. S.

PASSIONIS DOMINICÆ VIOLARIUM,

Sive

Quinquaginta Meditationes in Passionis Dominicæ Historiam, juxta Lucæ Evangelium sub VIOLÆ pictura & figura repræsentatam.

In quibus

Historiæ, gnomæ, similia, proverbia, preces, suspiria & alia veræ devotionis exempla, qua temporis amaritiem haut leviter edulcorabunt.

Autore

JACOBO HERRENSCHMIDT,
Ecclesiast. & Superint.

D. Stegman in Christognosia p. 809.

CHRISTUS non pro se moritur, sed pro nobis.

WITTEBERGÆ,
Typis JOBI WILHELMI FINCELII,
Sumptibus JOHANNIS BERGERI Bibl.
Anno M DC XXXI.

F. m. 3482.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747231664/phys_0006
DFG

NOBILI ET EXCELLENTISSIMO VIRO,

D. JACOBO KYLLINGERO JCTO. Imperialis NORDLINGÆ, ut & aliorum Imperii Ordd. Advocato &c. Dn. Patrono suo colendissimo salutem, præces & officia.

Lamentabile admodum fuit spectaculum, Patrone Amplissime, *quando Rex Ahab in bellum contra Syros profectus in curru suo lethali sagitta percussus est, inter polmo-*

nem & stomachum, intonante
1. Reg. 22. 36 præcone, ut unusquisq; reverteretur in civitatem suam. Superat spectaculum istud Dominicæ Passionis tragœdia, in qua percussus Salvator in omnibus corporis sui membris, sed ex hoc cruento actu id commodi provenit, ut jam cuiq; verè pœnitenti reditus sit permissus ad cœlestem patriam, & μένουσαν æternitatis πόλιν, Ebræ. 13, 14. Hanc tragœdiam descripsi ego sub violæ notioris schemate. O quot odores sparguntur ex unico hoc flore? Scriptor aliquis alterius com-

commatis, Mariam violam dixit, ego Meſsiam, ex quo ſalus eſt unica, Act. 4, 12. Verè Meſsias viola eſt, quia Judæorum violentia occiſus eſt: ſicut Salvator paſſus eſt in vere, ita viola provenit hoc ipſo tempore. Non tot habet viola virtutes, quot paſsio Dominica utilitates: mortuum illæ redivivum facerent, nedum viventem devotum & animoſum. ¶ Violarium ſuperioribus feci menſibus, quod nunc typis ſubjectum, & illud cum inſcriptione celeberrimi Veſtri nominis: violarium hoc

vobis & omnibus verè devotis sacrum esto; huc pedem ferte, hic commoramini usq; dies vitæ vestræ inclinentur, & umbræ majores cadant, accipite istud ingrati pectoris monumentum, quod ære fiat perennius, & me porrò vobis commendatum habete. Perscrib. in Festo Jacobi, quod ut vobis diutius & felicius illucescat, submissè voveo Anno 1630.

Vester cliens.

AUTOR.

MEDI-

MEDITATIO I.

Cant. 2. 16.

Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.

Bernhard. in Cantic. serm. Col.

Christus inter lilia (violas) pascitur, quia candore & odore virtutum delectatur.

SALVATOR VIOLA EST

MEa anima, Christiana anima, Salvator noster se non comparat cedris proceris, sed rosis & violis amœnis. Viola Salvator, 1. *ratione temporis.* Viola vere prodit, non æstate aut hyeme: Violæ primi gravissimi flosculi vernales. *Camer. in symb. part. 1. symb. 73.*

p.74. hinc inde humi serpentes, & in locis humilibus, ad radices montium libenter crescentes. Viola

——*purpurei præmuncia veris*, Stigel.

Tempore quo immeritæ Christus sacra victima mortis
Est datus à terra sublevat orta caput.

Sub vernum tempus Salvator patitur: Ut sub veris adventum crescunt varii flores, ita sub passionis Dominicæ meditationibus prodeunt non uni consolationum rores. In passione innocens affligitur, ut nocens liberetur; ut redimeretur servus, occiditur filius. Augustinus *de temp. serm. 138.* Non tàm clarè lucet Sol in firmamento, quàm salus hominum ex passionis Dominicæ mysterio. Der Natürliche und geistliche Frühling kommen da zusammen.

Viola Salvator 2. *ratione nominis*:

Viola.

Viola nomen habet à violando, non quod violet, sed quod violetur, non quod violando obsit, sed quod violando proficit: teritur gressibus, quæ odora fuerat porrigenda naribus. Salvator noster nemini væ fecit, sed illi Judæorum turba.

Aspice mortalis pro te datur hostia talis.

Non potest satiari impudentia, nec potest repleri insipientia. Epiphanius. Verè tragædia tragædiarum passio, ubi plectitur innocens, dimittitur nocens. Verè Salvator violatur, quia sine omni merito crucifigitur: ipsi interim se violant, qui Christum innocentem morti adjudicant.

Viola Salvator *3. ratione coloris.* Color violæ purpureus, sive puniceus. Violarum aliæ nigræ, flameæ, albæ, matronales, pallentes, multicolores. Sidon. Violæ omne genus novit Poë-

ta in Ciri. Inter hos ridet purpureus, cum ceruleo mixtus; quia humilem inducit, mirum, quantum, mi benigne JESU, color ille violaceus floruerit! *Bernhard. in tract. de passione Domin. p. 1617.*

Mea anima, duos identidem colores dilige: purpureum, ut sustineas patienter; cæruleum, & superna desideres intelligenter.

Viola 4. Salvator *ratione odoris.* Viola propter vim odoris nomen accepit. Isidor. *l. 17.* Orig. *pag. 424.* Violæ frigidæ, aquosæ, odoriferæ. Johan. de sanct. Gemm. *l. 3. rer. & simil. c. 80. p. 203.* Tantus in Salvatore odor, ut in omnem terram exeat, omnia mundi climata pertranseat, mortuos etiam vitæ restituat.

Viola Salvator 5. *ratione virtutis.* De violis hæc habet Medicus in Theologia vegetabili, *p. 54.*

— in-

—inflammatis innato frigore membris
Prosunt, anginis subveniunt & ope.
ex ictu capitis si lingua amiserit usum
Dempta redire per has ipsa loquela solet.

Viola suo odore cerebri calorem mitigat, spiritum animalem confortat, & somnum provocat. Johan. de S. Gem. *l. d.* Passionis Dominicæ virtutes quis recenseret? Angelorum hîc opus præconio, non hominum: æstum crucis refrigerat, laudem in præcordiis ad os sublevat, vocem firmat, judicium roborat, animam confortat, & quietem præstat. Domine JESU, Domine Salvator, Viola veris æterni sempiterni vireſce, vige & vive.

— non te mordaci frigore carpat hyems;

tu enim non solùm apta viola ad coronas ligandas; sed etiam ad ægritudines fortiter averruncandas: com-

pescis ardorem criminum, & procuras salutem hominum: ô purpurascens viola, quæ pendes cruce in aspera, tui nostra tolle crimina, Amen.

VIOLA.

1. —— *certis homini monstrat vestigia signis.*
Salvifici ut capiat sanguinis esse memor. Stig.

2. *In cruce vita perit, mage quod mirabere dicam.*
Mors moritur, mortem mortua vita vorat.

3. *Ave Jesu spes unica*
hoc passionis tempore
auge piis justitiam,
reisq; dona veniam.

4. *Propter mortem quam tulisti,*
quando pro me defecisti,
cordis mei cor dilectum.
in te meũ fer affectum.
hoc est, quod opto plurimũ. Bernh.

MEDI-

MEDITATIO II.

IN DIE — DOMINICA

in qua V. violarum Fasciculi.

1. Corinth. 5. 7

Pascha nostrum immolatus est Christus.

Hieron.

Pascha celebratur, si terrena & Ægyptum dimittentes, ad cœlestia festinamus.

INTER PASCHALIA NOXÆ.

Πανσὲς viola est, anima fidelis, Ein jedes Feigellein hat gemeiniglich 5. Blätlein / Camerarius in Matthiol. Herb. *l. 4. c. III. p. 412.*

Quinque sunt passionis ἀξιωμνημόνευτα, quæ Dominicæ diebus seriò ponderanda. Quinque violarum fa-

sciculi nostri sint Dominicis diebus ad diligendum Salvatorem stimuli. Hac vice unicum saltem contemplabimur, qui est Paschæ recordatio, das Osterblümlein. Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha. Paschatis nomen non à patiendo est, quæ etymologia duntaxat abusivè. Justin. in Dialog. cum Tryphon. Ambr. l. 2. de Cain & Abel. Sed est à transitu: non nemo per misereri & parcere interpretatur: quia dum Angelus devastator transit, nec perimit, miseretur sanè & parcit. Vide D. Gerhardum tom. 2. harmon. Evangel. c. 166. p. 1062. Tutius est, & satius, Pascha reddere per διάβασιν καὶ ὑπόβασιν. Exod. 12. Hieron. in cap. 26. Matth. Pascha non à passione, ut plerique arbitrantur, sed à transitu nominatur, eò quod exterminator, ὁλοθρευτὴς, videns sanguinem in foribus Israeli-

Israelitarum, pertransierit, nec percusserit eos, vel ipse Dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulaverit. ¶ Azymus uti Israelitæ in hoc festo debebant; in memoriam liberationis ex Ægypto, ex qua tanta festinatione exierant, ut non possent massam farinaceam fermentare, sed infermentatàm super humeros portare. Azymos nos fecit Salvator, suâ passione, dum nos fermentum falsæ doctrinæ, Matth. 16, 12. ac impiæ vitæ, 1. Cor. 5. cavere jussit, prudenti actione. Ut exscindendi illi, qui diebus Paschatos comedunt fermentata: sic æternæ morti sunt obnoxii, qui nunquàm non diligunt iniqua. Ut esus azymorum corporalis durare debuit per septiduum: sic peccatum abesse debet à fidelibus per totius vitæ curriculum. Cæterùm, quodnam illud Pascha fuit, de quo textus loquitur?

Quinque

Quinque Chronologi numerant, ut videre est apud Scaligerum de emendatione temp. l. 6. p. 257. Quatuor D. Gerhardus cum fundamento ponit, l. d. p. 1076. cui nos adstipulari par est.

Anima fidelis, certum est, nimium calorem officere memoriæ, spiritui, lætitiæ, valetudini, virium firmitudini; calorem illum restinguit oleum violaceum. Feilöhl legt das grosse Hauptweh auß Hitz/damit gesalbet/Tüchlein drein genetzet/vnd vbergelegt. Camerar. in Matthiol. herbar. l. d. p. m. 413. Habes ex hoc primo violarum Dominicalium fasciculo, oleum, quod adhibe contra memoriæ defectum. Pascha memoriale fuit non solum beneficii præteriti, sed etiam futuri. Transiit exterminator, transire debuit Salvator: transiit prior, ne populus in Ægypto læderetur: transiit alter, ne è

corrupti-

corruptibilitate ad æternam gloriam pervenire homo reluctaretur. *Mea anima*, Paschatis recordare, & veterem Paschatis celebrandi morem imitare: Das geistlich Veiloel vber den hitzigen Kopff geschlagen / wird die Gedächtnüs bringen.

I. *Agnum inquire*: Salvator agnus, 1. propter innocentiam, ut agnus nec dente lædit, nec cornu petit, nec ungue scindit, nec calce percutit: ita Salvator innocentissimus, nulli unquàm injuriam fecit. 2. ptopter justitiam. Agnus quicquid in se habet, hominibus impendit: pellis ejus ad varium usum, pili ad indumentum, fimus ad terræ condimentum, cornu & ungula ad medicamentum, carnes ejus ad esum: Salvator noster utilis valdè, ad exteriorem conservationem, imitationem, humiliationem, doctrinæ discretionem, animæ cibationem.

3. pro-

3. propter prudentiam: Agnus est ab agnoscendo: Talis Salvator. Ut agnus balatu suo & matris vocem, & hostem suum agnoscit: ita Salvator in cruce pendens, & matrem prævidit, & hostes aspexit, non odiendo, sed pro eis orando. 4. propter patientiam: Dum ovis ad victimam properat, silet, placido vultu lanium respicit, ac si eum portaret ad pascua. Salvator in horto se non defendit, in flagellatione vocem non emisit, crucifixus non recalcitravit. 5. propter munditiam: Agnus, quia mundus, ideoq; in veteri Lege immolatus: Immunem esse à delicto, soli datum est DEI filio, ex Tertull. Wir sind Alle von Natur stinckende Böcke/ vnd grewliche Zotthämel deß leidigen Schand Teuffels/ Christus aber ist das vnschuldige Lämblein/ in dessen Munde kein betrug kommen.

II. Postea

II. *Postes inunge.* Postes sunt anima & corpus: Unctio sanguis Domini, 1. Johan. 2. Ut transire coactus ædes sanguine rubentes exterminator Angelus; ita mittere tenetur animas sanguine Dominico purpurascentes nequam Diabolus. Der Böß-wicht hat die Finger einmal dran verbrant / drumb darff er darzu nicht nan. Vischer. conc. 6. de pass. Domin. §. Wo nun der Teuffel. Ut Rahab servabatur funiculo coccineo ædibus suis appenso: sic Christianus ab æterna morte liberatur, redemptoris meritô, oculis & animis nunquàm subductô, Josu. 6.

III. *Agnum comede:* non sufficit agnum aspicere, sed opus est agni carnes comedere. Quid juvat Christi passio, si passionis non fiat applicatio? Fides historica parum sufficit, si non adsit salvifica. Etiam Dæmones noverunt

verunt Christum, sed cum tremore, Jacob. 1. Christiani in Salvatorem credunt, sed ex toto corde.

IV. *Agni carnes coctas ingere*: Crudum comedit, qui peccare non desinit, qui fermentum expurgare nunquam pergit, impœnitenter vivit, Christum & fidem perdit, salutem negligit.

V. *Carnibus lactucas adde.* Lactucæ calamitates sunt: ubi agnus, ibi lactucarum numerus: ubi Christianus, ibi crucis stimulus. Ut Sale paterfamiliâs terrestris utitur ad condiendas carnes; ita crucê cœlestis, ad convertendos homines.

Ut sale conspersa longos servantur in usus
viscera, nec lædi sanie, nec tempore possunt:
Sic duris animi rebus firmantur, & omnem

abji-

abjiciunt pestis causam sors aspera tutum
præbet iter. Mantuan. 3.

VI. *Mensam Viatoris instrue.* Lumbis cinct. Israelitæ paschalem agnum comesturi, lumbos cincti esse debebant. Sie musten gleich auff dem Sprung stehen/ vnd auffgeschürtzt seyn. Lumbos cingitur, qui piè mori non reluctatur.

VII. *Calceos & baculum recipe:* Calcei & Bacul. Utimur baculo ad innitendum & ad defendendum. Gleichwie ein Lastträger/ der eine schwere Last auff dem Rücken hat/ daß er sich darunder beuget/ einen starcken Stab hat/ darauff er ruhet/ vnd bißweilen die Last nider lesset: also müssen wir vnter dem schweren Joch des Creutzes/ den Stab des Göttlichen Worts/ welcher eine Krafft Gottes/ Rom. 1. brauchen. Utimur calceis, ne lædatur in via pes corporis. Calcei pacis Evangelium quod semovet

vet è via multitudinem ſpinarum, Epheſ. 6.

Oleum violaceum 2. præſtat contra Melancholiæ morbum: Facit calor intenſus, ut imaginetur ſibi quis objectum horridius: Oleum adſit ex hoc faſciculo violarum primo, dabit illud lætitiam, dabit triumphum atque gloriam. Paſchale tempus lætiſsimum, egregium, atque celeberrimum, imò Paſcha Judaicum erat omnium feſtorum primum, & πάσχα, & τέλειν. D. Gerhard. l. d. p. 1114. Melancholiam exuit, qui Chriſtum reſurrexiſſe credit. Si Iſraelitæ in feſto Paſchatis ſuo DEO lætis animis gratias egerunt, pro liberatione ex ſervitute Ægypti; quantò majorem feſtivitatem & lætitiam celebrare nobis Chriſtianis convenit pro contritione Diaboli.

Oleum violaceum 3. præſtat contra culpæ venenum. Calor delictorum inten-

intensior, omnia membra, quantumvis solida, concutit & infirmat ; Ex passione Dominicâ, ceu violis quibusdam, oleum effice. Nihil tàm efficax ad sananda animæ vulnera, quàm frequens passionis Dominicæ memoria.

Oleum violaceum 4. præstat contra impotentiæ damnum : Facit color nimius, ut neque manus, neque pes officium faciant : Oleum passionis violaceum adde, & erit tibi gaudium pro languore, gloria pro dedecore. Pedibꝰ agiles erant Israelitæ comesturi agnũ Paschalem : Viribus incolumes evademus, ritè decantaturi crucifixum Salvatorem. JESU Salvator, dies instat azymorum, in quo non erit impuritas, & criminum, ceu fermenti cujusdam gravitas : Instat Pascha, in quo agnus non mactabitur, sed celebrabitur : Cohibe molem peccatorum, & fac

me

me citius transire in terram beatorum, Amen.

Paschа vocant nostri corrupto nomine, & istam
Judaicæ mendam tulit ignorantia linguæ,
Iste tamen fluxit Graiis à gentibus error,
Quæ quid nos patior, πάσχω dixêre putabant.
Quod Messiam passum audierant: ea tempora circum
Nomen id exortum: nostro Pascha dicitur ore
Transitus: hoc nomen clades Ægyptia fecit.

Mantuan. l. 2. Fastor.

MEDITATIO III.

Ubi alter violarum fasciculus, in DOMINICA.

Super illa:

Et quærebant Principes Sacerdotum & Scribæ, quomodo eum interficerent, timebant enim plebem.

Psalm. 2.

Principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Anshelmus.

Qui se deberent præparare ad Pascha, contra agnum verum se potiùs armant.

CONSILIUM, DOMINO SINE, NULLUM.

ALter violarum Dominicalium in passione fasciculus est, *Principum & Scribarum consultatio.* Etiam inter violas canina reperitur, Hunds-violen. Lonic. part. 2. Kräuterbuch. c. 223. p. 212. quæ nascitur in locis umbrosis, circà sepes & vias, quæ tamen absque odore. Caninas verè violas fasciculus ille alter continet: Canes enim ibi, qui circumdederunt Salvatorem, consilium malignorum obsedit illum, ψ. 22. Canes Pseudodoctores, qui Christum, veritatem, potentiam, & gloriam allatrant, quos cavendos monuit Apostolus, *Philipp. 3.* Impudentius nihil canè: Fronte caret omnis gens hæreticorum; nec rubore ullo suffunduntur, etiamsi nuditas, obscœnitas, impietas, & impuritas illorum pulchrè conspiciantur. D. Hoë in nucleo pas. Psal. 22. l. p. Nocentius nihil cane: quàm lethali-

tèr

tèr canes mordere soleant, ex historiis patet. Recensetur enim ibi, quod rusticus quidam cum septem liberis, ex morsu canis rabidi expirârit. Multis certè Christianis morsus canum, hoc est, calumniæ & mendacia, vitam & vitæ subsidia eripuerunt. Der HErr Christus (sunt verba Selneccери, super hæc verba) redet von seinen Freunden/ die jhn mit jhren bellen vnd beissen/ zermartern vnd plagen/ das ist/ mit spotten vnd lügen verleumbden. Item, mit Schwerdt vnd Feuer/ Kercker vnd Strick/ seine Kirchen verfolgen/ *p. 137. part. 1.*

Canina viola 1. quod Sacerdotes & Scribæ tempus non observant. Multi è longinquo Hierosolymam pervenerant, ante festum Paschatis, ut sanctificarent seipsos, *Johan 11.* sed Antistites, divini cultus præfecti, Scribæ, appetente sacro & solenni Paschatis

festo, eò contenderunt, ut condemnarent seipsos. Hi peregrini sunt violenti, qui regnum Scribis eripiunt: sunt in pietate imi, qui debebant esse primi: qui divinæ benignitatis beneficium de conservatione primogenitorum in cæde Ægyptiaca meditari debebant, illi de cæde innocenti inferenda consultabant: qui DEO pro liberatione ex servitute Ægyptiaca devotas gratias agere debebant, DEI filium occidere cogitabant: qui per agni Paschalis manducationem de Messiæ beneficiis admoneri debebant, ipsum Messiam jam præsentem ad necem quærebant, D. Gerhard. l. d. pag. 1122.

Canina viola 2. quod officium Ecclesiasticum miserè conspurcant. Antistites erant, non judices, claves portare debebant, non enses: judicare, Pseudodoctores per legem, non condemna-

demnare innocentes ad juris speciem. O quàm terribilis isthæc metamorphosis! ex Scribis fiunt milites, ex Sacerdotibus carnifices, ex Clericis Judices. Simeon & Levi, vasa violentiæ, gladius eorum: in consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, *Gen. 49.* Per hoc Scribæ & Sacerdotes intelliguntur. Glossa. Sic egressa est iniquitas de Babylone, à senioribus judicibus, *Dan. 13.*

Canina viola est 3. quod de Messia innocenter occidendo deliberant, ἐζήτουν, h.e. anxiè quærebat, solicitè disputiebant, quo scilicet doli genere in Christo comprehendendo uti velint: utrum aperto Marte, vel cæde, vel veneno, vel fune, vel carcere.

Canina viola 4. quod magis populum, quàm DEUM, oculis subjiciant. Non timent illum, qui videt omnia,

sed metuunt ab illo, qui consentit ad omnia. Populus enim pronus acceptare illicita. Vide, quàm providi sunt, in scelere suo Antistites! cogitant, nefas esse, in die Paschatis haberi judicium sanguinis. 2. die bono cogitanda esse bona, non cruenta. 3. metuendum, ne Christo in die festo occiso, mors ejus fieret nobilior & clarior, quem tamen è rerum natura penitùs sublatum volunt. 4. Metuendum, ne populus propter Christi cædem hoc tempore factam à sacrificio abstineret, & sic reddituum sacrorum focus, tàm luculentèr non splenderet. ¶ Violæ quidem istæ sunt caninæ, in locis umbrosis, ubi parùm Solis & justitiæ, sed multum caliginis & impudèticæ, satis largiter proveniètes, usum tamen haud exiguum etiam nobis proponentes. ¶ E violis aqua conficitur, & oculorum caloribus restinguè-

dis

dis additur. Camerar. l. d. Si scilicet linteum aquâ hâc madefactum, oculis superimponatur. Aquam illam violaceam, mea Anima, recipe, & hâc cordis oculos elue: videbis ita.

1. *DEUM providentem.* Mori voluit Salvator, sed opportuno tempore, non quod Judæus constituit, sed quod Pater cœlestis disposuit. Antistites Salvatorem occisum volunt, post Paschatis festum; Pater cœlestis crucifixum dedit in solenni festo. Sic scilicet aliud est, quod divina benignitas decrevit, & aliud, quod humana impietas disposuit. Gottes Vorsorg ist besser/ denn der Schrifftgelehrten Nachsorg. Enervatur Scribarum & Seniorum de differenda Christi morte consilium, & procedit DEI decretum. Providentiâ DEI omnia gubernantur; & quæ putatur pœna, medicina est, Hieronym. super Ezech.

2. *Satanam diebus festis enormia quæq; immittentem.* Quantò solenniora festa sunt, tantò diligentior Satanas in excitando peccatorum incendio. Pascha præ foribus; sed eò laborat μυριοτέχνης, ut illud conspurcet Sacerdotum & Scribarum insultibus: ex festo veritatis festum efficit vanitatis; Satanæ tu ne cede locum.

3. *Adversarium ferocientem.* Tolerabat ille Sadducæos, Essæos, peccatores notorios, nemini infensior, quàm Christo, qui tamen non fuit, absque veritatis, candoris & integritatis encomio. Nostri Antepolemistæ Judæos ferunt, Turcas, paganos, cum illis paciscuntur, contrahunt, negociantur, quos expellere & exules facere contra præceptum charitatis esse scribit Marquard. de Susan. part. 1. de Jud. & usur. pag. 89. Ut Pontifices

&

& Seniores Epicuræos, Sadducæorum errores multiplices Phariſæorum traditiones, Eſſæorum ſuperſtitiones, ſeditioſam Judæ Galilæi doctrinam; ſic adverſarii noſtri tolerant Judæorum criminationes, injurias atque Synagogam, Evangelicis in malam rem, præter cauſam, abire juſſis. Cæterum non eſt novum atque inſolitum, veritatem cœleſtem experiri illos adverſarios, quos debebat habere patronos primarios.

4. *Turbam impiorum invicem ſe conjungentem*; Una anima, unum corpus fiunt. Pontifices ſive Principes Sacerdotum & Scribæ, Die Gloggenſpeiß kömpt in dem geſchirr allzuſammen: ut fratres aliâs invicem diſſidentes, unum fiunt in venditione Joſephi: ſic Principes Sacerdotum & Scribæ conſpirant in paſſione Chriſti, *Gen. 37.* Habet malitia currum

suum rotis quatuor consistentendi, quæ sunt sævitia, impatientia, audacia, impudentia. Valdè velox currus est ad effundendum sanguinem, qui nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec pudore inhibetur. Trahitur à duobus admodum pernicibus equis, & ad omnem perniciem paratissimis; externâ potentiâ, & seculari pompâ: præsident his duobus equis aurigæ duo; tumor & livor: tumor quidem pompam, livor potentiam agit, *Bernhard. serm. 29. in Cantic. Cant. 5.*

5. *Improbum solicitè sua exequentem.* Contra Christum nihil non Clerici faciunt, noctem diei jungentes. Vigilant in malo, stertunt in bono: moderni nostri jejunant, corpus flagellant, peregrinantur, preculas calculis genibus innixi admetiuntur, nostris interim genio non parum indulgenti-

gentibus. Qui in certamine Olympiaco palmam reportaverat, ad suam civitatem rediens (ex Stapletono, in prompt. moral. part. 2. p. 134.) non per patentes orbis partes, intravit; sed majoris triumphi causâ, per diruta urbis mœina invectus ferebatur. Nos, qui tamen victores esse volumus, per corporis nostri & fortunarum ruinas, sive per multas tribulationes intrare nolumus; rosas eligimus, non spinas, amaranthos, non tribulos: cum tamen in optima causa maximis agendum viribus.

6. *Hypocritam omnia timidè perficientem.* Facilè à tramite justitiæ cedit, qui plus populum, quàm dominum pertimescit, Chrysostom. in serm. de Johan. B.

Conscia mens scelerum pœnas sub pectore nutrit.

Pœna sui omnis animus inordinatus.

Augustin. in Consc. multi dolores impio. Psal. 32. Vix conscientia afflicti plus mali patitur, quàm ille, qui in corpore castigatur, & flagris cæditur. Ex Pythag. Bruno. conc. 2. passion. p. 310. Mala conscientia (ex Bernhardo) delictorum nostrorum ipsa testis est, ipsa judex, ipsa tortor, ipsa accusat, ipsa punit, ipsa damnat. Hæc etsi resecta ad tempus fuerit, tanquam cauterio, tamen aliquando prodibit, & si non anteà, saltem in agone mortis, instar mille testium adstabit, accusabit, damnabit, puniet. Domine Jesu, concede, ut non sim inter Sacerdotes contra te consilium capientes, sed inter Angelos æternum pœana nunquàm non recinentes, Amen.

Paulinus Nolanus Episcopus.

—— in cruce culpam,
Perdidit ille meam, reparavit & in cruce vitam:

Ille

Ille reus factus, ne sim reus inter iniquos.
Condemnatus obit, vos ut discernat iniquis.

MEDITATIO IV.

Ubi Tertius violarum Fasciculus in DOMINICA *super illa,* Luc. 22. 3. Joan. 13. 27.

Intravit autem Satanas in Judam, qui cognominabatur Ischarioth, &c. *usq; ad hæc*: sine turbis.

Psalm. 69. Oderunt me gratis.

——auri sacra fames, quò non mortalia cogis
pectora. Leo serm. 9. de pass. Domin.
Amori pecuniæ vilis est omnis affectio.

ETiam hîc, *Anima Christiana*, Canina viola est: etiam hîc Caninarum violarum flosculus est, qui *Proditoris denominatio*: in qua 1. habemus *Satanæ potentiam*: Satanas intravit. Satanæ appellatio in sacris literis haut ignota, Hebraicè Apostatam sonare, Justinus Martyr, & Irenæus, l. 5. c. 18. p. 343. scribunt: sed rectiùs adversarium & calumniatorem notat: quia factus δοχεῖον παίσης κακίας, μισάνθρωπος καὶ θεομάχος, Basil. in serm. quod DEUS non sit autor peccati, sive malorum. Is intravit, non in porcum, sed in Apostolum: Obsedit Judam, non corporaliter, sed spiritualiter: non quod illum corporaliter obsederit, sed quod machinationes in cor Judæ miserit, *Joh. 13.* Intravit hîc Satanas, non secundùm substantiam, sed secundùm operationem & efficaciam, Satanas in Judam intravit, quia

Satanæ nacy.

quia iniquas persuasiones cogitationum iniquarum insinuavit, Ex Augustin. l. 3. de consens. Evangelistar. c. 1. Ut peregrinus alienas ædes pulsans petit intromitti: ita Satanas ostium cordis Judæ illatebrans, cogitationes impias jubet inibi commorari.

¶ Per illum Satanæ ingressum Judas factus est Diaboli organum & mancipium: Der Teufel hat jhn gewaltig geritten/ biß er solch Teuflisch Werck volbracht/ quem infernalis venator, veluti canem venaticum pro arbitrio circumduxit, D. Gerhard. l. d. p. 1157.

¶ Absit quàm longissimè ἄτοπμα illud φοβερὸν, quod Judæ proditio æquè sit DEI opus, ac confessio Petri: Ipse Judas sibi fuit materia ruinæ, & causa perfidiæ, sequens Diabolum ducem, & Christum nolens habere rectorem, Leo serm. 7. de passione. A Cajanis illa impietas profecta, qui Judam dixêre

xêre divinum, & scelus illius beneficium, Augustin. in lib. de hæres. c. 18. DEUS quidem (verba D. Gerhardi, l. d. p. 1160.) pro infinita sua sapientia, ac bonitate, malitiâ Satanæ & Judæ, usus fuit, ad ministerium salutis humanæ; & quod illi animô pessimô spontè fecerunt, ad bonum finem convertit; illos tamen ad peccandum minimè induxit sive coëgit: Divinæ sapientiæ, virtutis & potestatis est, ἐν μόνον τὸ ἀγαθοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ κακεῖνο μάλιστα τὸ διὰ κακῶν ἐπινοηθέντων πρὸς ἐνῶν φαύλοις χρῆσθαι. Synesius, Epist. 52. non modô benefacere, sed etiam maximè per mala excogitata à quibusdam, bonum aliquem & utilem facere, & salubritèr his, qui videntur improbi, uti. Solicitè studeamus, ne Satanas cor nostrum intret: Vigilemus, ne in mortis baratrum incidamus: laquei enim ejus dulcedine & suavita-

te

te mortifera pleni sunt. Ephren. l. de beat. anim. c. 2. Dæmonum quidem est, suggerere; sed nostrûm est, non consentire. Die Teufel blasen böses ein/ wir aber sollen nicht willigen drein. Ex Bernhardo. Ut Salvator cordis nostri fores pulsat, dum immittit pias meditationes; ita Diabolus ostium attentat per iniquas suggestiones, & inspirationes, *Apocal. 3.* Peccatum porta Diaboli; sicut homo justus porta Spiritus Sancti. Hieronymus, in caput 4. Ephes. ¶ Habemus in tertio violarum fasciculo duo. 1. *Proditoris personam.* Quis Salvatoris proditor? *Judas.* Judas confessorem notat. Der Nahme ist schön/ Aber der Legger ein Unflatt/ amisit vim nominis, dum admisit magnitudinem sceleris. Multi Judæ, multi confessores nomine, pauci rê. Duo Judæ, discipuli: Judas Jacobi, & Judas Iscariotes: prior fideliter

liter apud Christum permansit, alter fidem Christi propter avaritiam reliquit. Ubi facies Ecclesiæ militantis, in qua boni, mali, credentes, incredùli, *Matth. 13.* Iscariothes vel ab oppido Carioth, ad tribum Judæ pertinente, *Josu. 15.* quasi Cariothites. Hieronymus, (Theophilactus Iscaram vocat) vel à tribu Isaschar, vel Isch Scharat, vir exterminans: ein Schacherer. „Unus ex duodecim, solùm implebat numerum, non officium: unus numerô, non merito; unus nomine, non numine; unus corpore, non unus animo, Hieron. in c. 14. Marc. Unus specie, non virtute. „Proditorem Scribæ colebant, non solùm Christi comitem individuum, sed etiam testem sermonum & miraculorum. Nemo sibi blandiatur, de status sublimitate, cùm in Apostolum CHRISTI Satanas intravit pro sua audacia atque maligni-

malignitate. *Abiit Judas*, ingratus ille cuculus & infidelis Christi Eleemosynarius, cujus patrem Augustino teste in serm. 18. Salvator à lepra; matrem à paralysi liberavit. Unde Judas avarorum primipilus, institorum pessimus, sacrilegorum perditissimus. Stapul. in c. 26. Matth. *Abiit in Sinedrium* scilicet, ubi congregati Pontifices: abiit, non à Principibus invitatus, non ullâ necessitate constrictus, sponte propria scelerata mentis consilia iniit, Beda, in c. 14. Marc. Satanas Judam sponte sequentem ducebat, non invitum vel coactum post se trahebat: Abiit proditor à DEO ad Satanam, à luce ad tenebras, à morte ad vitam, à Christo ad sanguinarium concilium.

Locutus est, cum Principibus Sacerdotum, & Magnatibus. Non contentus fuit, ut abiret ad hostium apertorum

rum turbam ; sed etiam seipsum obtulit ad proditionis operam : Principes Sacerdotum erant templo præfecti, strategi, templi custodes, antefores templi, ad sedandos, qui exorirentur, tumultus, collocati. Josephus, l. 20. antiquit. Judaic. c. 4. Theophylactus dicit, intelligendos ædificiis templi præfectos, vel etiam censores, qui curarent ea quæ ad bonam ordinem servandam pertinebant. Abiit ad Principes & Magistratus, non ut Christum prædicaret, sed ut illum traderet. Pater tradidit Christum ex amoris vehementia : Filius se tradidit ex obœdientia ; discipulus malus tradidit eum ex avaritia ; Sacerdotum cœtus tradidit eum ex invidia ; Judex iniquus tradidit eum ex humana complacentia, Bonavent. serm. 61.

Et gavisi sunt. Verum gaudium non concipitur super Christo tradendo

do in crucis ignominiam; sed super Christo prædicando, sedente ad Patris dexteram. Gavisi sunt inimici, non quod Judas duntaxat operam suam illis promitteret, sed quod Salvator à suis discipulis odio haberi inciperet. Enthymius.

Pacti sunt, pecuniam illi dare. Ecclesiæ hostes nihil æstimant pecuniæ jacturam, modò queant instituere sanguinis officinam: parati sunt expendere, modò Christi fideles ac Electos queant extinguere. Quidam hîc volunt, utrinque cautionem juratoriam interveniisse, ac stipulationem scriptam, subscriptam, in duobus exemplaribus obsignatam, quorum unum asservatum penes Pharisæos, alterum penes Judam, quod ille in sinu suo secum gestaverit, D. Gerhard. l. d. p. 1177. Sed hæc incerta.

Et spopondit, hoc est, mutui consensus

sensus obligatione pactum ratum fecit: professus est, se hoc facturum, quærebat opportunitatem, ut traderet eum sine turbis, id est, quando populus non erat circà eum, sed cum secretus erat cum discipulis, Origenes tract. 35. in Johann.

Succ. ¶ *Succus violaceus suâ non caret autoritate, & utilitate.* Autores maximè illum commendant, & varias illi utilitates assignant. Restinguet ille ex hoc tertio violarum fasciculo expressus:

1. *Calorem inanis persuasionis & pessimæ sententiæ*, quæ Diabolum credit benefactorem, non accusatorem, & ad malum incentorem, seu instigatorem. O misera veneficarum turba! cur ex hoste credis amasium, ex Dæmone auxilium, ex seductione paradysum?

2. *Calorem defectionis & Apostasiæ.* Turpissimum & antiquissimum Apo-

Apostasiæ scelus, Ein Mammeluck ist ärger denn der Teufel selbst. Ut ex vino generoso fit acetum optimum; ita ab Apostata olim confessore strenuo, periculum exurgit longè maximum, cujus tamen abnegatione regnum DEI non minuitur. Non statim Apostolorum sanctitas & dignitas comminuta est, quia Judæ fides fracta est: Licet nonnulli hodie fidei naufragium faciant. Stat tamen cætera pars confessorum major & melior in suo fidei robore, ex Cypriano, in lib. de unitate Eccles.

3. *Calorem palliationis & fraudulentiæ.* Judas Apostasiæ causas non unas protulit: Christum procul dubio convitiis proscidit, illius doctrinam exitiosam esse effutiit, Synagogam autem Judaicam veram Ecclesiam dixit, ut quæ antiqua, & ex continuatæ successionis miraculo sacrosancta:

Suos

Suos majores damnavit, se religionem falsam hactenùs professum, imò se animitùs lætari asseveravit, quod occasionem Pontificiam fidem recipiendi invenerit. Judæ vix absimiles, qui idem in religionis negocio tentant, tàm certò damnandi, si non pœnituerint, quàm certò salvandi, si in veræ Ecclesiæ proscenium pedem rursus intulerint.

4. *Calorem avaritiæ:* Was thut der Geitz nicht! vnd wer sonst vmb Gelts willen wil ein Schalck werden/ der sihet auff die Summa nicht/ sondern dencket: Scheucht er nicht/ so fleucht er doch/ vnd nimmet Herrn förderung vnd gunst zum Außschlag/ Matthesius, de vita Christi, part. 1. conc. 25. usque ad mortem Domini, amor se ingerit lucri, nec vitæ Salvatoris quæstûs desiderium parcit. Cyprianus, de jejun, & tentat. c. 6. Avaritia terribilis

lis profectò bellua, peſsima omnium paſsio: inde ſepulchrorum violatores, hinc homicidia, hinc bella, pugnæ, hinc quàm plurima mala oriuntur: ubique certè avarus inutilis eſt, nec ad imperandum exercitui, nec ut proſit populo commodus, terrarum peſtis, urbium pernicies, ſingularis calamitas. Chryſoſtom. Ein Geitziger iſt ein Dieb/ thut er nicht bueß/ muß er an den Strang/ oder Verzweifflung ſterben. Arndt. paſſional. conc. p. m. 296. Cæterùm, quod illud precium fuit, Judæ oblatum? Decorum ſanè, Zach. 11. vel minimè decorum. O magnam Chriſti Salvatoris charitatem! venditur precio ſervi, qui digniſsimus appellatione Domini. Nullus ex omnibus Sanctis ad mortem legitur emptus, uti Chriſtus, per quem cecidit mortis ſtimulus. Chriſtus noſter emptor & redemptor factus eſt, quia ſer-

vi precio venditus est: venditus est precio servi, ut nos redderet filios DEI.

5. *Calorem detestandæ vigilantiæ.* Adversarii Christi occasionem captat majorem, quò faciant injussa, quàm nos, qui volumus custodire Dei mandata. Domine JESU, effice quæso, ut plus mecum valeat, amoris Christiani stimulus, quàm φιλάργυρος Judæ affecto: Plus me delectet monela, quàm moneta; plus virtus, quàm fiscus, plus vitæ futuræ gloria, quàm nummorum copia. Dives esse plus cupio bonis cœlestibus, quàm thesauris terrestribus. Tibi Domine JESU vivere, tibi adhærere, tibi servire, cupio, ex hoc nunc & in seculum, AMEN.

Erue captivo nigras è pectore labes,
Nil magis excæcat mentem hominis vitio.

Thomas

Thomas Morus.

In præsepe canis, fœnô nec vescitur ipse,
Nec sinit ut fœnum, qui capit, edat equus.
Servat avarus opes, opibus non utitur ipse,
Atq; alios uti qui cupiunt, prohibet.

Alciatus.

Aurum blanditiæ pater est, natusq; doloris,
Qui caret, hic mœret, qui tenet, hic metuit.

Pict.

Multa deesse putat sibi, cum sibi multa supersint.
Væ tibi, væ nam triticei qui munera fœtus
Occulit, humani est sanguinis ille reus.

MEDITATIO V.

Ubi quartus violarum Dominicalium fasciculus,

Super illa:

Venit autem dies azymorum, *usque ad verba:* pro vobis fundetur.

Psalm. 34.

Gustate & videte, quàm suavis Dominus.

Chysostomus.

Sicut pictores pingendam tabulam vestigiis quibusdam adumbrare consueverunt, & sic colorum varietate perficere: ita & Christus fecit in mensa, & typum Paschæ describsit, & Pascha veritatis ostendit.

AGNUS

AGNUS, COENA, ARDOR AMORIS.

QUartus violarum Dominicalium fasciculus, *Anima Christiana, Agni Paschalis & Cœnæ Dominicalis administratio.* Ubi 1. περίστασις quando: *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha.* Nos Christiani ex solis motu *Pascha* nostrum celebramus, die scilicet Dominica, quâ Christus ex morte surrexit, quæ in diem Solis semper incidit. Ut Lunæ lumen obscurius est lumine Solis: ita Israelitarum Pascha non tam solenne, & clarum fuit, quàm est nostrum. Ut Luna à Sole lumen accipit: ita significatio mystica Judaici Paschatis à nostro Paschate lumen acquirit, D. Gerhard. l. d. p. 1216. *Pascha immolare necessum erat:* ex præscripto scilicet Legis, obligationis necessitatem inducit: rectè Pascha immolari dici-

tur, quia Paschalis agni oblatio Deo adducta rectè perhibetur. Non tamen illativa sequitur: Pascha tam sacrificium est, quàm Sacramentum: sic Eucharistia, quæ & Sacramentum, & incruentum sacrificium. ¶ Cæterùm agnus Paschalis non est sacrificium propriè ita dictum: quia 1. totus assatus & manducatus, non DEO oblatus. 2. quia non à solis Sacerdotibus: jubente Lege tota gens sacrificat, dum pro se quisque hostiam suis manibus mactat. Phil. l. 3. de vita Mos. 3. non ad altare Domini. 4. in Ægypto sacrificium offerri non debuit, propter Ægypticam abominationem, *Exod.* 8. 5. Verbum insuper θύειν, & θύεσθαι, generale, significat, quamvis mactationem, sive fiat ad sacrificium, sive ad esum, eumq; vel religiosum vel communem. Interim sicut serpens æneus in deserto suspensus potuit esse typus Christi

Christi in ara crucis in sacrificium exaltati: ita quoque agnus Paschalis ratione cruentæ jugulationis potuit esse typus cruenti sacrificii in ara crucis oblati. D. Gerhard. l.d.

2. *Quis immolari Pascha jußit? Salvator*: à quo Apostoli quærunt, ubi Pascha debeant præparare, is etiam voluit mandatum de præparando Paschate publicare: quô significatur, in Salvatore non tantùm moriendi promptitudo, sed etiam moriendi magnitudo, quæ consistit in discipulis confirmandis, non infirmandis.

3. *Ubi*: civitas est! *Hierosolyma*, quæ 1. locus in Lege determinatus, quia 2. mors futura sacrificium pro totius mundi peccatis. 3. quia non fas Prophetam perire extra Hierosolymam, *Luc. 13.* 4. quia Hierosolyma sita est in terræ umbilico, sive meditullio: operari debebat Christus salu-

tem in medio terræ, *Psalm.74.* 5. quia Hierosolymæ in festo Paschatis magnus turbæ confluxus. 6. ibi habebat DEus suum focum & ignem, *Es.31.* 7. Hierosolyma visio pacis: impetrat nobis quietem, qui ascendit in crucem. 8. Hierosolyma typus vitæ æternæ, *Apocal.21.*

3. *Quibus auxiliis?* Discipulos misit dispensatores suorum mysteriorum, *1. Cor.4.* non Judæos, irrisores suorum miraculorum. Duos mittit, quia concordiam inter fratres nunquàm rejicit. Petrum & Johannem mittit: Petrum, ut diligentem, Johannem, ut dilectum. Petrus in sacris commendatur à fide, Johannes à charitate: si vis Christum in anima tua habitare, sive convivium præparare, fidem & charitatem oportet te semper observare, vel Petrus sive Simeon obedientiam notat, Johannes gratiam: Ubi est

fidei

fidei obedientia, ibi quoque DEI gratia, per quam paratur obedientibus cœna mystica.

4. *Quomodo?* Euntes parare jubentur discipuli. Euntes Bethaniâ Hierosolymam, parate, ait Salvator, quid? *Pascha*, Agnum ignem, panes azymos, herbam amaram, baculum, alios cibos. Probabilitèr Judas pecuniam discipulis è loculis annumeravit, Weil er des HErrn Pfenningmeister/vnd Eleemosynarius gewesen. Nec mysterio caret, quod Christus Hierosolymam contendens, per portam ovium ingressus est, victima scilicet, sive agnus, pro totius mundi peccatis. *Rabini* testantur, agnum segregatum, toto quatriduo ligatum in ædibus, hypocaustò ad fulcrum spondæ jacuisse. Das arme Thierlein hat müssen 4. Tage gebunden seyn/ ut in omnium conspectu positus, de digna præparatio-

ne, ad Sacramenti hujus celebrationem, & de Messia, propter peccata nostra ligando admoneret, D. Gerhard. l. d. p. 226. Semper tibi sit fixus in oculis, qui pro te sustinuit mortem crucis. *Ut manducemus*: Agnus magis prodest manducatus, quàm ligatus, sive segregatus: Christi passio non obiter consideranda, sed interioris animi affectibus ruminanda. Qui hîc non manducat, invanum laborat. Quid ad hæc discipuli? *Ubi vis paremus*? nec domicilium tibi est, nec cœnaculum, Ubi vis, impera; ubi vis, significa; in qua urbe, in quibus ædibus? tam alacres erimus in præparando agno, quàm promptus fueris in significando nobis tuæ voluntatis indicio. Quæ tamen verba potius ὑποθετικῶς, quàm κατηγορικῶς, indicativè, quàm præceptivè intelligenda. *Et dixit ad eos*: dixit, quia simulare

lare noluit. *Ecce intrò euntibus vobis in civitatem occurret homo quidam*, non equo insidens, non in cisio precioso ri superbiens, sed amphoram aquæ ferens, κεράμιον, vas figlinum, fictile, testaceum, sive *Samium, in quô aqua portatur*, sive portari potest; non exiguæ vel mediocris, sed magnæ capacitatis. *Sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicite Patrifamiliâs domus.* Nec Servuli, nec heri nomen ponitur, nec quænam illa domus fuerit significatur, Servulus procul dubio Patrisfamiliâs fuit, qui aquam attulit, vel ad mactandum Agnum, vel admiscendum vinum, quô tamen, κρᾶμα vini & aquæ in Eucharistia non adstruendum, ipsismet Pontificiis fatentibus, Thom. Aquinas, part. 3. pag. 47. artic. 6. Bellarm. l. 4. Euch. c. 10. colum. m. 1144. Heri mentio nulla, quoad nomen proprium, est: novit is,

qui novit omnia, qui illum hospitem creavit. Fortè occultus erat Salvatoris discipulus, ad quem doctrinæ & miraculorum Christi rumor pervenit non exiguus. Quia Spiritus Sanctus per Amanuenses sacros noluit, hujus Patrisfamiliâs nomen manifestare, idcircò supervacaneum ducimus, prolixioribus nomen ejus indagare. *Domus*, cujus fuerit, non exprimitur. Nicephorus vult, ædes Johannis Evangelistæ fuisse, l. 1. H.E. c. 28. alii Simonis leprosi, alii Mariæ matris Johannis, cognomento Marci, alii Josephi Arimathæi, alii Nicodemi. Sed etiam hic non simus in indagando curiosi, sed in necessariis addiscendis studiosi. *Patrisfamiliâs* dicere Discipuli debebant: *Dicit tibi Magister, ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis manducem? Magister* Christus est, & quidem absolutè,

tè; quò sensu ac gradu, titulus Magistri nulli æquè ac ipsi competit, Matth. 23. Dicere Hebræis idem, quod præcipere. Christus habet autoritatem præcipiendi, nos tenere convenit regularitatem obediendi. Ubi est diversorium, non in quo cum discipulis patior, sed in quo cum illis pascor. ¶ Audiant hæc, quibus ædificandarum domorum cura est, & ambitiosarum portarum cogitatur instructio, quos preciosorum marmorum pompa delectat, & laquearium fulgentis auri concluſio, Chrysost. in homil. de Jud. prodit. *Et iste ostendet vobis cœnaculum magnum, stratum, & ibi paratum.* Cœnaculum erat in superiori ædium parte; ἀνώγαιον, non καταγαιον, quò Convivium hoc Pontifices lateret. Magnum erat, quod tredecim virorum familiam capere, poterat. Stratum erat, ἐστρωμένον, vel

tapetibus vestitum, mensis ac lectis floribus frondibus ornatū, necessaria supellectile instructum. B. Lutherus vertit, gepflastert/ ne sit sensus, cœnaculi pavimentum fuisse lapidibus sive regulis ac lateribus stratum, non solum ad ornatum, sed etiam in calidioribus regionibus ad refrigerium, D. Gerhard. p. 1451. Traditionum pyxis est, Herodem apud hunc Patremfamiliâs divertere solitum, verùm nec divinâ providentiâ intermissum. Sicut etiam hoc, quod Salvator catino ex Smaragdo usus hîc fuerit, apud Genuenses in Liguria, & Lugdunenses, hodieque inveniendo: sicuti nec hoc ex Sacris liquet, Cœnaculum illud in Basilicam ab Apostolis mutatam, incertam neque fidem promovent, neque pietatem fovent.

¶ Non tergiversatur hospes, ditioribus cœnaculum non reservat, mercedem non

non efflagitat, Pontificum minas non reformidat, sed habitaculum, lubentiâ lubentius CHRISTO accommodat. *Obtemperant discipuli, & Pascha præparant:* Melior victima pectoris, quàm pecudis: Hertzopffer besser / denn das Viehopffer / 1. Sam. 15.

5. *Quare?* 1. *ut serviendi demonstraret animum*: Cum facta esset hora, discubuit & Apostoli duodecim cum eo. Hora fuit vespera. Discubuit, quia hîc utrumque Pascha, & typi, & veritatis, celebratum fuit. Mensæ accumbere, est cibi causâ eidem assidere: quod de vulgari cœna intelligendum. Salvator, agnus: is naturaliter in medio pedum, cum anteriorum, qui locô manuum sunt; tum posteriorum, habet quasi figuras clavorum, quibus Salvator in manibus & pedibus clavos confixus depingitur. Faber Stapul.

pul. in cap. 26. Matth. 2. *ad exprimendum amoris desiderium.* Desiderio desideravi, maximoperè desideravi per usitatum Hebraismum : Nomen desiderii additum, verbi significationem auget. Hoc Pascha, ultimum scilicet, quod immediatè excipiet, complementum illius, quod in veteri Paschate fuit præfiguratum. *Antequàm patior.* Pascha illud, quod nunc vobiscum celebro, non solum continet recordationem pristini beneficii, sed etiam figuram futuri : non solum liberationem ex Ægypto corporalem, sed etiam ex Diaboli captivitate liberalem. Non sufficit, agnum Paschalem comedere, in memoriam beneficii pristini; sed etiam in signum futuri, & jam proximè instantis beneficii. 3. *ut innueret futuræ gloriæ statum :* ubi non amplius comestione opus, sed glorificatione. Usitatum in

Scriptu-

Scripturis, per regnum DEI intelligere, gaudia in regno cœlesti percipienda, D. Gerhard. l. d. p. 1293. Et sic Salvator discipulorum mentes erigit futurâ glorificatione, quos prius contristaverat mortis suæ prædictione. 4. *ut misericordiæ insinuaret affectum. Et accepto calice, gratias egit, &c.* Poculum accepit à se prægustatum, & quasi prolibatum, & ait: *Accipite, & dividite inter vos*: quod non nisi de potu ibidem contento accipi potest. Eucharistia non fuit specialis, sed generalis, quâ solebat Christus in omni cibo & potu uti; vel Paschalis illa εὐλογία: Benedictus es, Domine, DEUS noster, Rex universi, qui fructum vitis creasti. Poculum dividere, sive distribuere Salvator voluit. 1. ut receptæ Judæorum consuetudini satisfaceret. 2. hoc ultimum fore convivium ostenderet. 3. suo exemplo nos

Viol.

nos ad gratiarum actionem alliceret. 4. ut charitatis & concordiæ Apostolos admoneret. Distribuit Salvator 5. ut corporalis præsentiæ nunc minueret terminum; usurum, dicens, se, in posterum, nec cibo, nec potu corporeo. Ostenditur iterum, per quandam συγκατάβασιν, vitæ æternæ felicitas & lætitia, nuptiis, epulis, & conviviis adumbrata. Domine JESU, Domine Salvator, perduc nos tandem in hoc palatium, in quo delectationes in dextera, non in desmoterium, ubi captivorum ejulationes in lacrymorum abundantia. AMEN.

Claudian. in Panegyr. 4. Consulat. Honor.

—— *Lux altissima fati,*
occultum nil esse finit.

MEDI-

MEDITATIO VI.

In qua

Syrupus ex præcedentibus domesticorum violaceus.

Ein guter Veilsyrup / für alle Christliche Haußleuth.

Rom. 5.

Quemadmodum per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per obedientiam unius (JESU Christi) justi constituuntur multi.

Bernh. Tom. 1. de Paß. Dom. c. 5.

Passionem non illum diem unum appellamus, quô Salvator mortuus, sed totam vitam illius.

Tota

Tota enim Christi vita crux fuit & martyrium.

EST SUAVIS DOMINUS.

PRovidus Paterfamiliâs, *Animæ Christianæ*, Syrupum è violis præparatum semper ad manus habet, ne necessitatis tempore eodem carere necessum habeat. Pauperibus Syrupum ex violis præscribit Camerar. in Matthiol. l. 4. c. 111. p. 412. *ist ein bewährt stück zu allen hitzigen Kranckheiten.* Ex præcedentibus Syrupum conficiamus domesticum, qui constat aqua, saccaro: Aqua conjunctionis est & lachrymarum. Nullus fit Syrupus animæ, sine lacrymis pœnitentiæ. Saccarum multiplex: Saccarum gratiæ, & misericordiæ, salutis atque gloriæ. Quod est violarum Syrupus, sine Saccaro, hoc est, anima Christiana, sine cœlestis gratiæ compendio. ¶ Febriles affectus,

fectus, ille Syrupus ex violis, aquâ, saccaro, confectus, nimioperè tollet; qui multiplices:

1. *Febrim inobedientiæ.* Syrupus ex violis alvum laxat, sive aperit: helt den Bauch offen. Camerar. l. d. Inobedientia est, quæ indurat, & hominem ad cœlestia ineptum reddit. Discipuli ab ore Christi dependent: nolunt privato arbitrio in sacris aliquid agere, sed à Salvatore, quid agendum sit, discere: plus nobiscum valeat divina autoritas, quàm humana temeritas. Ein Prediger sol nichts anders lehren/ denn Gottes Wort/ Vischer. in pass. conc. 7 Inobediens & temerarius est Judas: *plus curat loculum*, quàm Salvatoris mandatum: ideò non mittitur, quia insipiens & avarus reperitur, Wer ein Sach/ durch einen thörichten Boten außrichtet/ der ist wie ein Lamer an Füssen/ vnd nimbt schaden.

den. Qui verbum per nuncium stultum mittit, is iniquitatem bibit, Prov. 26. Discipuli non tantùm habent obedientiam, sed etiam reverentiam: gressus dirigebant cum DEI voluntate, non cum rationis vanitate: sed etiam fiduciam: Facit magna animi fiducia, ut non timeantur futura pericula: Sic nos non tollere decet obsequium, licet ubiq; magnum nobis ob oculos versetur dispendium. Plus nobiscum valeat Christi verbum & mandatum, quàm corporale incommodum atque periculum.

4. *Febrem diffidentiæ*: Salvator noster minimè verba sine re loquitur, minimè charitatem simulat, minimè hostium suorum criminationes reformidat. Syrupus ex violis somnum sive quietem provocat: inquietissimi sunt, qui diffidunt, qui Christi fortitudinem non attendunt. Fortis est is in periculis,

lis, nec timet fraudulenta consilia in domo Pontificis. Quò vicinior plaga, eò major fortitudo & constantia. Mancher zeucht die Pfeiffen zur zeit der Noth ein / wil Gottes Wort nicht bekennen / Gefahr zu vermeiden / Aber das ist vnrecht. D. Visch. l. d. diffidit DEO sapienti & quæq; pericula sopienti. Infidelis neq; bonum Spiritum habet, neq; bonum animum. Exactè Salvator tempus Paschæ observat, & sic se Legis finē, sive impletorem significat.

3. *Febrem negligentiæ:* Syrupus è violis, cor confortat: kräfftiget das Hertz. Negligentes valdè sunt, imò peponem pro corde habēt, qui Christum omniscientem negant, Dei providentiam in minimis suggillant, ac divinas promissiones singularitèr enervant. Magnum hoc omniscientiæ, ac consequéter divinitatis Christi argumentū. Negāt Calviniani, Christo secundùm

huma-

humanam naturã communicatã esse divinam omniscientiam, quam non semper, sed quoties ipsi visum fuit, exeruit, donec formam servi, non naturam humanam post resurrectionem planè & prorsus deponeret, & in plenariam usurpationem manifestam nomine & declaratione divinæ majestatis collocaretur, Form. Concord. p. 68. In Christo certè absconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, Coloss. 2. quæ tamen non ut habitus inhæret, sed per τρόπον ἐλλάμψεως & φωτισμῦ, illuminationis, & quidem arbitrariæ, non necessariæ, D. Gesner. in Confess. p. 253. Providentiæ species, videre hominem, non in sternaci caballo sessitantem, sed hydriam, sive amphoram bajulantem. Utere hoc 1. *ad Consolationem*: Si versaris in cruce, cerneris à Salvatore; mutat excelsi dextera, quod intentat

tat inimicorum manus aspera, Ps. 77. 2. *ad exhortationem.* Dum videt Christus nostra opera, caveamus, ne torpescamus ociô, atque ignaviâ: negocioſos amat in fide, non ocioſos in opere; Er wil nicht Müßiggänger/ ſondern fueß- vnd fortgänger haben. 3. *ad emendationem:* Kein Mutterkind kan ſich vor dem HErrn verbergen. Bruno, in pas. conc. 4. p. 116. Speculator astat desuper, qui nos diebus omnibus, actusq; nostros prospicit, à luce prima in vesperum. Ex Prudent. ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Homer. Cernit DEus omnia vindex. Negligens insuper promissiones divinas rescindit. Pollicetur creator, se velle nos cibare, vestire, potare, nostris providere. Cœterum hæc, ratio, spernit, ac quærit: ubi cibus? ubi vestitus? ubi potus? ubi cœnaculum? ubi Ecclesia his turbulentis planè diebus, & perse-

cutionum procellis, tabernaculum & habitaculum? Confide; adhûc Christus vivit, qui promisit; adhûc cœnaculum habet, in quo pascit; adhûc locum novit, ubi Ecclesia permaneat, Sicut Christus in sanguinaria Hierosolyma hospicium invenit, in quo cum suis Pascha celebrare posset: Sic Ecclesiæ suæ DEUS in hoc mundo parabit cœnaculum, in quo verbum prædicare & Sacramenta administrare poterit. Gott wird seinẽ armen Kirchlein schon ein Stäfflichen oder örtlein zeigen / darin es das Osterlämblein Jesum Christum essen kan / mit jhren Kinderlein.

4. *Febrem intemperantiæ:* Syrupus violarum tussim sedat, ist gut den Kindern für den Husten. Nociva tussis intemperantia, ex qua tot pituitæ ac excrementa, hoc est, iniquitates & delicta. Salvator discipulos sequi jubet hominem, non belluam, bajulantem non

vægran-

vægrandem hydriam vini aut cerevisiæ, sed aquæ: Sie solten dem Wassertråger / nicht dem Wein- oder Biertråger nachgehen. Confundantur hic & dispereant

—— *quibus in solo vivendi causa palato est.* Juven. Sat. 1. —— *buccæ noscenda est mensura tuæ:* infelix, qui non intelligit, majorem se famem habere, quàm ventrem, Senec. Epist. 9. Taurus pauciſsimorum jugerum pascuis impletur, una sylva pluribus Elephantis sufficit: sed homini sæpè nec mundus, cum omnibus suis obsoniis, qui tamen scrire debebat, sumpta putrescere, non coqui.

Hinc subitæ mortes, atq; intestata senectus, Juvenal. Satyr. 6.

Jejunus raro stomachus vulgaria temnit. Horat. 2. serm.

—— *gurgite puro*
Vina redit, satis est populis fluvius & Ceres &. Lucan. l. 4.

5. *Febrem insolentiæ.* Syrupus violarum pectus mitigat; säfftiget die Brust. Superbia, bellua multorum capitum. Superbus herum amat, non servulum: illum colit, qui amphoram vini bajulat, non qui aquæ hydriam servat. Hydrophorus apud insolentem in vitio, Oinophorus in precio. Cœterum Christus jubet, ut discipuli sequantur hominem, non qui portet cadum vini, sed qui bajulet aquam putei. Esto hydrophorus, esto fidelis in vocatione, quantumvis coram mundo exilis. Magis placet in oculis Domini, homo aquæ hydriam bajulans, quàm vini amphoram evacuans. Magis ille, qui manet in commissa functione, quàm is, qui sordet in blanditiarum iterata commaculatione. Auff einem vollen Bauch/ steht ein voller Kopff: Wo der Wein eingehet/ gehet die Witz auß/ Visch. l. d.

6. Fe-

6. *Febrem impotentiæ.* Syrupus violarum mollificat; erweicht die Apostem / Camer. l. d. Grande apostema pusillanimitatis & impotententiæ, quod violis hisce fasciculi prioris emolliendum: Paterfamiliàs maximè fuit fidelis & animosus: non respexit publicum edictum, Scribarum odium, & instans sibi periculum. Christum benevolè recepit, & hostium minas desuper habuit. Expergiscimini hodie vos divites, & præbete ministris Ecclesiæ hospicium, ut exinde recipiatis præmium. Confortamini vos pusilli corde: Si non habetis hospitem Bethaniæ, invenietis illum Hierosolymæ. Rarò quippè tales: sed hîc vel unus est, qui Christo petenti aperit ostium, & ipsi pandit cœnaculum. Erit, qui profugos excipiet, erit, qui famelicos pascet, erit, qui se afflictorum patrem, asylum & auxiliato-

rem ostendet. Paterfamiliâs Christo domum suam non concessisset, nisi divina ipsius virtus cor ei mutasset. Virtus isthæc adhûc vivida, adhûc florida persistit. In præsenti itaq; persecutionum turbine Salvator in infidelibus immutabit sedem cordis, ut rationem habere incipiat miseri exulis.

7. *Febrem inconstantiæ.* Pleuritidem propulsat Syrupus violaceus: stellt das Seitenstechen. Pleurisis inconstantes efficit; hoc est, tales, qui jam dubitant de vita, jam sperant. Horum inconstantia in religione præsertim, hodierno tempore maxima; hodie quis credit, cras desicit; hodie amat, cras condemnat. Christi affectus melior, qui unus heri, hodie, cras, in æternum. *Desiderio desiderat Pascha celebrare, agnum manducare;* quia nunquàm cœpit in amore vacillare, sive tituba-

titubare. Quod desiderium 1. *est justitiæ nostræ meritum*, quod Christus prompta veritate implevit. 2. *Solatium*: quia Salvator promptior ad beneficia conferenda, quàm nos ad excipienda. Si itaq; tantoperè desideravit nostram salutem, cum ea adhùc acerbissima passione & morte paranda, quantò magis eam hodie desiderabit, cùm jamdudùm sit parta, D. Gerhardus, l. d. p. 1288. 3. *Desiderii incrementum*. Quemadmodum Salvator mortem desideravit pro nostra salute; ita nos mori non formidemus in hac miseriarum valle. Mortem venientem nemo lætus accipit, nisi qui se diu ad illam composuit; Täglich sterben / ist das beste sterben / und wehret dem ewigen Verderben.

8. *Febrem illicitæ appetentiæ*. Syrupus violarum sitim temperat:

—*misera est magni custodia cœnsus*. Juv.

Satyr. 14. Dives esse si quis cupit, non pecuniæ quid adjiciit, sed cupiditatibus detrahit. Liberalis certè Salvator: qui calicem habuit, ipse sibi non reservavit. Sitis aurum, sitis argentum, sitis nummos? violæ Syrupum ingere; poculum cum discipulis divide; & liberalitatem ergà proximum ostende. Domine JESU, discipulus ego tuus ero; parabo tibi hospicium in meo corde; ne me deseras in futura morte. Veni, discumbe, comede: veni, propera, discumbe, desidera, comede, impera: donec mecum, & ego tecum accumbam in futura gloria. AMEN.

Optime CHRISTE,
Me mihi sumas,
Me tibi dones,
Opto precordijs
Pectore & ore,
Ritè sequar quò

Te,

Te celebrem quò,
Hîc ut & illic,
Orbe ruente,
Urbe manente,
Sunt ubi festi
Gaudia vera.
Sunt ubi festi
Jubila blanda.
Agne redemptor,
Me tuus ardor,
Ignit amantem,
Suscipe quem tu,
Morte beatâ,
In Paradysum.

MEDITATIO VII.

DE COENA DOMINI.

1. Cor. 10.

Unus panis, unum corpus multi sumus, quia omnes participamus de uno pane.

Berhard. in Epist.

Sacramentum DEI altissimi susciendum, non discutiendum; venerandum, non dijudicandum; fide sortitum, non innatum: traditione sancitum, non adventum.

ANIMÆ MEDICAMEN AGAPE.

AGnus Paschalis, *Mens Christiana*, Eucharistiæ typus: unde successit in locum, quæ prius repræsentabatur per typum. Agnus Cœnæ typus ratione 1. *posteritatis*. 2. *circumstantiarum affinitatis*. 1 Ad agni commestionem admittebantur nulli, nisi circumcisi; ad Cœnam nulli veniunt, nisi baptizati. Carnes Agni comedebantur noctu: Cœnam Dominimanducamus in fidei caligine: Crudus comedi agnus non debuit, sed assus; Ignea charitas est, ex qua Christus cor-

corpus suum in mortem tradidit.
4 Agnus Paschalis comedebatur cum herbis amaris: Cœna sumenda cum mortificatione carnis, & depositione Adæ veteris. 5 Comedebatur Agnus cum panibus azymis: ad Eucharistiam accedendum in azymis puritatis & veritatis, 1. Cor. 5. In agno Paschali, quod reliquum, igne fuit comburendum: Quod de cœnæ mysterio intelligere non possumus, potestati Spiritus Sancti humiliter reservemus, Greg. 6 Non licebat particulam Agni extra domum efferre: Illis extrà Ecclesiam non fas est cœnam porrigere. 7 Agnus Paschalis manducabatur in ædibus privatis: Cœna administratur in particularibus Ecclesiis. 8 Renibus cincti, Israëlitæ: Cœnam accessuri, immunes esse debent ab ardoribus malæ conscientiæ, & concupiscentiæ. 9 Baculum Hebræi manibus tenebant: Cœnæ

Sacramentum morientis viaticum. Hinc rectè in cœlum abducitur, proprer illud assumptum, Chrysost. in l. de Sacerdot.[10] Primogeniti Ægyptiorum ab Angelo persecutore percussi: Sic qui nec sacramentaliter, nec spiritualiter Christum manducant, æternæ morti sunt obnoxii.[11] Sacramentum Agni Paschalis fuit memoriale liberationis ex Ægypto: Cœna Dominicalis fuit memoriale redemptionis ex Diaboli regno. Unde Sacramentum Agni Paschalis rectè sequitur mysterium Cœnæ Dominicalis. Postquam Sol justitiæ radiavit, umbra solvitur luce, Euthym. in c. 26. Matth.

Et accepto pane: Sacramentum Cœnæ, à Cœna Paschali & vulgari distinctum: continet enim non vulgarem cibum & potum, nec typos corporis & sanguinis Christi; sed ipsum verum corpus, & ipsum verum sanguinem Chri-

Christi; nec hæresis in verbis, hoc mysterium cœnam dicere, contra Maldonat. in c. 26. Matth. nec profana verbi novitas est, Dilling. in assert. in 1. Tom. Sed ab Apostolo jam pridem usurpata, 1. Cor. 11. ubi δεῖπνον κυριακὸν, quod non de publicis conviviis Eucharistiæ administrationi conjungi solitis, sed de ipsa Eucharistia intelligendum, uti consensus veterum testatur. D. Gerhard. l. d. p. 1493. quia æternum convivium nobis in extremo præparabitur, rectum fuit, ut hoc non prandium, sed cœna vocaretur, Gregor. hom. 31. in Evangel.

Quis instituit Cœnam, quis accepit panem? Christus Salvator, non solum verus homo, sed etiam in unitate personæ verus DEUS. Unde Sacramentum istud devotè venerari, non scrupulosè scrutari decet. Ad Salvatoris officium pertinebat, non solum amis-

sam salutem suâ passione & morte rursus acquirere, sed eandem etiam hominibus offerre & applicare. Christus igitur ex immensa ergà nos charitate non solum in mortem pro nobis sese tradidit, ut amissam salutem iterũ nobis acquireret; sed etiam salutare medium in hoc Sacramento instituit, per quod salutem tàm carô precio partam nobis applicaret, D. Gerhard. l. d. p. 1498. Unde Cœna Sacramentum salutis, Gregor. in hom. Paschal. Autor Sacramentorum quis est, nisi Dominus JESUS? De cœlo ista Sacramenta venerunt: Consilium omne de cœlo est, Ambros. l. 4 de sacram. c. 4.

Quid accepit Salvator? Panem azymum non fermentatum, contra Græcos. Non enim fermentatus debuit esse circa Pascha in Hebræorum ædibus, Exod. c. 12. consentit Epiphanius, hæres. 30. contra Eboinit. Azymus

mus adesse debuit, non fermentatus, 1. quia panis Eucharisticus communicatio corporis Christi, 1. Cor. 10. quod sine fermento culpæ, Esa. 53. Hebr. 7. 1. Pet. 2. 2. quia Agnus Paschalis cum azymis comedendus, qui Christum repræsentavit. 3. quia Eucharistia Sacramentum charitatis, quod excludit fermentum discordiæ atq; falsitatis. 4. quia non fermentatos decet esse N. Testamēti ministros, Cyprian. in serm. de Cœna. Falsa igitur Cardinalis accusatio; lib. 4. de Eucharist. c. 7. qui nobis Evangelicis adscribit, quasi fermentatum panem aptiorem ad Eucharistiam statuamus. In libertate Ecclesiæ positum vel maximè dicimus. vel azymo, vel fermentato pane uti, modo absque scandalo infirmorum fiat, cùm de usu panis azymi vel fermentati nullum extet expressum mandatum. D. Gerhard. pag. 1502.

& fer-

& fermentum non panis substantiam, sed qualitates duntaxat mutet. Enormis etiam Calvinianorum blasphemia, quâ placentas nostras orbiculares, sive rotundas minores excipiunt, easq; panis spumas, Naum. Beumler l. in Synops. p. 300. panem numulariorum, notulas panis, appellant, quibus Symosiastæ & Metusiastæ utuntur, Monblätlin, Teifelin / Giffteüfelin / Puppenwerck. Finck. im Sacramentspiegel / part. 1. p. 48. & 49. Schaumbröttlin / Schaumtrost. Salmuth. 1. JubelPredigt / p. 49. orbiculares panes, Paræus, in Irenic. p. 332. 333. Competit certè panibus hisce: 1. panis definitio. 2. constant hi partibus panis essentialibus, materia & forma. 3. competit illis causa efficiens, & finis, ad sanctificationem, non ad saturitatem, Canon Nicæn. Concil.

Quid

Quid cum hoc pane Salvator fecit? accepit. Qui actus non fuit essentialis, ad Eucharistiæ formam & integritatem pertinens, sed tantùm ministerialis ac præparatorius distributioni inserviens, contra Naum & Berlinenses. τὸ λαμβάνειν, in genere significat omnem sumptionem, quacunque parte corporis, quocunque fiat instrumento. Eaque restringitur ad speciem, per τὸ φάγειν, quô illa solummodo notatur sumptio, quæ fit ore: ut si mater filiolo dicat; accipe hanc bucellam & comede; ipse verò ore excipiat, non manu, quis negabit, eam accepisse & comedisse, Schröderus contra Naum, thes. 24. in appendic. de orali manducat.

Gratias egit. Hîc formale discrimen inter Eucharistiam & Eulogiam. Eucharistia propriè directa ad Patrem cœlestem, Eulogia verò ad symbola exter-

externa. Ut Salvator in poculi Paschalis distributione, esui agni Paschalis subjuncta Patri cœlesti gratias egit pro liberatione ex Ægypto; sic in Eucharistiæ institutione & administratione gratias egit pro liberatione ex Diaboli regno. Fuit etiam gratiarum actionis exemplum, intentionis exeitandæ medium; ut discerent Apostoli, novum hîc institui mysterium.

Fregit. 1. *quando?* ante benedictionem? minimè. Verba enim præterita εὐλογήσας καὶ εὐχαριστήσας contrarium denotant. 2. *quomodo?* Lyranus & Cajetanus existimant, Christum, miraculoso quodam modô, panem manibus suis potuisse frangere, ut alii eum cultellô incîdunt. Cæterùm cùm sit à nullo Evangelistarum indicatum, quô fractionis modô Christus usus fuerit, evidenter & certè demonstrari nequit. 3. *in quem finem?* Aliqui re-

præsen-

præsentivam significationem hîc inducunt, nos distributionem: Aliqui fractionem cœnæ partem essentialem, vel certè integrantem volunt, nos minimè. Cœterùm ex Scripturis demonstrari nequit, Christum hoc fine panem Eucharisticum fregisse, ut fractionem sui corporis repræsentaret; sed ut benedictum panem discipulis dividere posset. Officium panis Eucharistici non est significare, præfigurare, adumbrare; sed est κοινωνία, medium, atque organum, exhibendi, distribuendi, & manducandi corporis Christi. Et si hæc visibilis fractio necessaria, etiam necessaria foret visibilis sanguinis effusio. Nec una fuit apud antiquos frangendi consuetudo. Orientales panem ferro quodam conciderunt, quod lancea illis sacra erat, alicubi fuit facta divisio εἰς τὰ πολλὰ, alicubi εἰς τὰ τετραγὼ: alicubi

alicubi in tres partes: Gothicæ Ecclesiæ in partes novem hostiam diviserunt, Christi incorporationem, nativitatem, circumcisionem, apparitionem, passionem, mortem, resurrectionem, gloriam, regnum, innuentes, Causabon. exerc. 16. c. 38.

Dedit eis: Ut non exprimitur modus fractionis; ita nec distributionis: δόσις καὶ λῆψις, in Cœnæ administratione necessaria, sed πρόσω δόσεως καὶ λήψεως in libertate Ecclesiæ relictus. Primitiva Ecclesia in manus sacra symbola communicantibus dabat, Tertull. lib. 2. ad uxor. c. 2. l. de spectac. Cypr serm. 5. de lapsi. Sed hæc χειρολῆψία, ipsis etiam Calvinianis testibus, ritus indifferens, Pelarg. in thesibus apologet. contr. D. Balduin. thes. 134.

Dicit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Ut acceptio in manus respicit

spicit consecrationē, cōsecratio distributionem; ita distributio manducationem: actui exhibitivo distributionis, respondet actus receptivus manducationis. *Hoc*, est copulativum; verum enim & proprium Christi corpus in Cœna dari asserit. *Est*, non significat, quod evincunt 1. Temporis qualitas. 2. verborum Christi perspicuitas. 3. Christi instituentis necessitas. 4. Sacramenti proprietas. 5. N. Testamenti claritas. 6. Evangelistarum conformitas. 7. sensus literalis concinnitas. 8. Tropi absurditas. 9. περιφορίας fidei necessitas. 10. Veteris Ecclesiæ cōstans unanimitas. *Corpus meum: quod pro vobis datur*, h. e. personale & proprium corpus, cujus traditione remissionem peccatorum & vitam æternam acquirimus.

Hoc facite in mei commemorationem;

nem; recordationem, ἀνάμνησιν. Vocabulum τοῦτο, respicit ad ea, quæ Apostoli in ea actione faciebant, juxta Pauli interpretationem, 1. Cor. 11. vel etiam ea, quæ Christus fecit: Ubi tamen distinguendum inter ceremonialia & sacramentalia. ¶ Docet hîc Salvator. 1. se instituere hîc Sacramentum, non actionem singularem, qualis pedum lotio. 2. hoc Sacramentum in locum agni Paschalis à se institui. 3. Eucharistiâ frequenter uti. Non est audaciæ, sæpius ad Dominicam mensam accedere, sed indignè accedere, etiamsi semel tantùm quispiam toto vitæ tempore accedat, Chrysost. hom. 5. in 1. Tim. 1. 4. Christus de fide instituens concionari, Sacramentum cœnæ nobis δῶρον ἐξιτήριον, h.e. profectitium quid, nobis reliquit, Basil. in hom. de charit. Pignus est, quod abiés, apud nos deposuit, Hieronymus in 1.

ad

ad Corinth. II. Munus precioſum eſt, quod nobis ante mortem concredidit, Haimo, in 1. Cor. 11. 5. Voluit Salvator hiſce nos informari, ne ſcilicet ejus charitatem & paſſionem animô exuamus. Nuſpiã magis elucet Chriſti dilectio, quàm ſi diligenter conſideretur ejus paſsio: quæ conſideratio non tantùm debet eſſe theoretica, & nuda, ſed practica & viva. Quæ complectitur 1. de admiſſis peccatis veram contritionem. 2. ſinceram Chriſti dilectionẽ. 3. veram fidem. 4. mortis prædicationem. Quædam gratiæ relatio, illorum meminiſſe, per quæ beneficiô affecti.

Similiter & calicem. Ὁμοίως connectit poſteriorem Euchariſtiæ inſtitutionis partem cum priore nexu, & indicat, imò docet, eosdem actus Sacramentales circa poculum à CHRISTO obſervatos, quos circa panem, in prima S. cœnæ parte obſervaverat.

Et Calicem : Beda formam calicis describit, ac si cum Apostolis in mensa sedisset, l. de loc. sanct. c. 2. & duas habuisse ansulas, hoc est, ἄμφωτον esse affirmat. Lucas Brigensis, incertum fatetur, cujus formæ poculum illud fuerit, in c. 26. Matth. Salmeron Valentiæ asservari vult, Tom. 9. tract. 10. Potiùs hîc ad contentum, quàm continens respiciendum : siquidem de contento ποτήριον explicatur, ποτήριον, quasi τὴν πόσιν τυρεῖν, quod potum contineat. *Postquàm cœnavit :* id est, finitâ jam cœnâ. *Hic est calix Novi Testamenti :* quia non solum continebat vinum, sed etiam Christi sanguinem, qui in ara crucis pro nobis effusus.

¶ Fieri potuit ut vinum hoc fuerit aquâ temperatum ; quia apud Orientales admodum forte : interim tamen mixtionem aquæ cum vino essentialem & necessariam partem cœnæ esse,

se, pernegamus, contra Bellarm. l. 4. de Eucharist. c. 10. in S. enim cœnæ administratione nihil quicquàm ut necessarium obtrudendum; cujus necessitas ex verbis institutionis evinci non potest, D. Gerhard. p. 1555. Probabiliter vinum credi scribit Thomas part. 3. q. 74. art. 6. ¶ Symbola, panem & vinum, addere, sive usurpare voluit Christus, 1. propter typorum V. Testamenti impletionem, Gen. 14. 2. Samuel. 6. 1. Reg. 19. 2. propter panis & vini familiarem usurpationem. 3. propter arctissimam Christi cum nobis, & nostri cum Christo unionem. 4. propter panis & vini ad corpus & sanguinem Christi assimilationem. 5. propter charitatis commonefactionem. *In sanguine meo, quod pro vobis fundetur.* Habetur hîc ποτήριον εὐχαριστούμενον: ubi contentum, non continens, scilicet potus, sive haustus, qui in

poculo bibendus offertur. Observandum hîc, Bezam Lucæ solœcismum tribuisse, de quo rationem exposcere perget dies ille Pantocriticus. Ut novum Testamentum sanguinis sui effusione Salvator confirmaturus & obsignaturus erat respectu DEI; ita ejusdem sanguinis ex poculo Eucharistico bibitione, idem Testamentum obsignat & confirmat respectu nostri. ¶ Novi Testamenti circa calicem demùm Christus mentionem facit 1. quia ad formam fœderalem respicit, Exod. 24. 2. quia fœdera sanguine confirmari novit, Hebr. 9. 3. quia sanguis effusus magis proprium mortis symbolum denotavit. *Qui pro vobis fundetur: hôc περὶ ὑμῶν ἐκχυνόμενον* notatur 1. veri & proprii corporis ac sanguinis Christi in S. cœna præsentia & exhibitio. 2. passionis qualitas & conditio: patitur enim Salvator pro alienis pecca-

peccatis, non pro suis. 3. Charitatis commendatio. 4. Sanguinis proprii à sanguine victimarum distinctio, Heb. 10. Sanguinis victimarum effusio fuit ad emundationem carnis, protestationem vindictæ, expiationem vindictæ promeritæ.

Domine JESU, magne Salvator, corpus tuum cibus dulcis est, refice me hîc sensibilitèr; egregius est sanguis tuus, pota me hôc mirabilitèr: Væ te, ad crucem quærentibus, væ cum maligna conscientia te in Sacramento sumentibus. Tibi gloria, seculorum seculis. AMEN.

In cruce fixa caro est, quâ pascor, de cruce sanguis
Ille fluit, vitam quo bibo, corda lavo.
Paulinus Epigramm. 8.

MEDITATIO IIX.

Ubi

Conserva ex flosculis violarum Passionis Dominicalium,

DE COENA DOMINICA.

Ephes. 5.

Sacramentum hoc MAGNUM EST.

Berhard. serm. 76.

Credere invenisse est; norunt fideles, Christum habitare per fidem in cordibus suis. Quid propius est?

COENA ANIMÆ EST PRÆDULCE LEVAMEN.

EX violis, *meæ Animæ*, non inutiliter Conserva paratur; de qua vide Wirsung, im Artzneybuch / l. 8. c. 4. p. 637.

p.637. Descriptio & institutio Cœnæ Dominicæ, verè spiritualis conserva est, Ist ein anmuetiger herrlicher Beielzucker. 1. quia cor & cerebrum confortat, quia non rex aliquis terrenus, quantumvis majestate verendus, sed homo DEUS, cœnam instituit. Certè in quavis tribulatione animus redit, sive virtus in præcordia venit, Confortatur cerebrum, si certò creditur, passum esse Christum DEI & Mariæ Virginis filium: Ille cœnam instituit, non alius, hic charitatem ergà nos demonstravit, non alius, hic pro nobis satisfecit, non alius. Apud Persas capitale fuit, Regis mandato non parere: Idem hodiè subdito incumbit: Qui Principis mandato refragatur, ille subditus verus non æstimatur. Er kriegt bald Briefe in ein ander Closter / Vischer. conc. pass 8. Christus DEI & Mariæ virginis filius Cœnam

instituit; caveat igitur quilibet, ne eam vel minuat, vel ei apponat, quia testamentum, quia dispositio verè ultima est. Requisita Testamenti sunt 1. Testator, 2. hæredes, 3 bona, 4. sigilla, 5. testes. Testator Christus; Hæredes omnes in illum credentes. Bona, remissio peccatorum, gratia DEI, donatio Spiritus sancti, & vita æterna. Sigilla sunt, non nuda externa symbola, panis & vinum, sed etiam corpus & sanguis Christi, externis illis symbolis sacramentalitèr unita. Testes, duodecim Apostoli, quorum nonnulli Notariorum munere perfuncti. Si non licet mutare testamentum hominis, Galat. 4. quis infringeret dispositionem Salvatoris? Wann man eines hohen Potentaten Brieff vnd Sigel verfälschet / strafft man es Peinlich / Visch. l. d. Wann man die Kirch jhres Zeitlichen Guts beraubt / so pflegt

pflegt man den Thäter mit Feur zu verbrennen. Quantò grandius est piaculum, enervare Salvatoris Testamentum, & conspurcare illius Sacramentum? Non in hoc mysterio obsequendum rationi, sed innitendum Dominicæ institutioni; qui dixit, faciet quod dixit; quia potens est super omne, quod dixit. Hîc voluntas facti est potestas facientis; & qui novit mutare naturam, cur in effectum deducere nō posset promissionis factæ cynosuram.

Conserva violarum 2. Viscerum dolorem mitigat. Quoties in visceribus nostris, sive ex viscеribus nostris conquerimur, DEUM nostri oblitum esse, neque omnes curare, neque singulos; omnia fieri fortuitò, omnia fieri incōsultô Domino; Viscerū isthæc murmura compescenda sunt, non promovenda: & compescenda quidē Violarum cōservâ, quæ est cœna Dominica.

Conserva violar.

Violar.

Si DEI filius tui rationem habuit, dum adhûc in terris obambulavit, ut certa tibi bona disponeret; cur tui memoriam seponeret, ad dexteram Patris exaltatus? ut opem tibi suam in periculis subtraheret? Ingruit mors, angit culpa (der mehr / als Stern am Himmel / Blätter auff den Bäumen / Sandt Körnlein auff der Erden) Confortare: Laß den Todt mit seiner breiten Tatschen nach dir greiffen / vnd were dich mit dem theuren Löfegeldt / welches die Christus in den Mundt gelegt. Facit enim devota Cœnæ Dominicæ usurpatio, ut hîc nihil possit mortis rabies atque intentatio.

Conserv. *Conserva Violarum 3. bilem evacuat:* Idem facit Cœna Dominica; in qua Christus non utitur gladiis, sclopetis, petardis, nummis, divitiis, quæ ad compescendum ventrem minimè faciunt; sed panê, vinô, elementis; quia

aralo-

analogia quædam adjuncta rites panem & vinum, inter Christi corpus & sanguinem. Ut panis paratur ex granis triticeis: ita Christi corpus granum illud frumenti, quod attulit fructum, dum jacuit in caverna sepulchri, Johan. 12. Ut panis in clibano fervore ignis coquitur, & ad cibum paratur: ita Christus in Arâ crucis, fervore charitatis, veluti assatur. Ut panis nutrit, & cor hominis confortat; sic Christi corpus nos ad vitam æternam cibat. Ut panis nullum quotidiano suo usu affert fastidium; Sic corpus Christi, famelicis cordibus egregium est obsonium. Ut vinum succus est nobilissimus, ex rore cœli, & pinguedine terræ, Gen. 27. Sic sanguis Christi cœleste vinum, proveniens ex cœlesti largitate. Ut vinum sitim tollit: sic sanguis animos reficit. Was ist das Leben/ da kein Wein ist/ Visch. l. d.

Hæc duo elementa ſerviant nobis 1. *ad refectionem.* Si Diabolus te vult redigere ad deſperationem, recipe ex ſymbolis Cœnæ, animi veram conſortationem, & fac ante mortem tuam converſionem. Famelico magis ridet panis & potus, quàm ebrio: Cœna Domini non inſtituta eſt pro voluptuariis in hoc ſeculo, ſed pro pœnitentibus in Eccleſiæ militantis choro: in Cœna Trinitas eſt; diſcumbens, Angeli miniſtri, cibi, bona ſpiritulia. 2. *ad inflammationem.* Cœna ſymbolum charitatis eſt. Quemadmodum grana multa in unum collecta & commolita & commixta, panem unum faciũt; Sic in Chriſto, qui eſt panis cœleſtis, unum ſciamus eſſe corpus, cui conjunctus ſit noſter animus, & coadunatus, Cyprianus, l. 2. Epiſt. 50. 3. *ad patientiæ exercitationem.* Panis flagellis tunditur, molitur, pinſitur; vinum torcu-

lari

cùlari exprimitur. Est lapis molaris, qui nos contundit, est crux, quæ væ facit, est caminus miseriæ, quæ nos requiescere non sinit. Wer mit Christo wil herrschen vnd erben/ der muß mit jhm leiden vnd sterben: Wer seine vnverwelckliche Crohn der Ehren wil empfahen/ der muß sich seiner Dörnern Crohnen nicht schämen.

Conserva violarum 4. Epilepsiam curat. Spiritualiter sunt Epileptici, qui fateri nolunt, Cœnam Dominicam institutam esse, pro miseris pecactoribus in fine seculi. Discipulis institutum Cœnæ Sacramentum; qui erant rixosi, increduli, morosi, & vindictæ cupidi, timidi, abnegantes, prodentes. Christianorũ personam repræsentârũt Apostoli, qui tùm temporis variis infirmitatibus erant obnoxii: ex quo intelligere est, sacramentũ hoc in peccati remediũ esse institutũ, in hoc sacra-

mento hausta & sumbra faciunt, ut nos in Christo & Christus in nobis maneat, Hilar. lib. 8. de Trinit. Christus dederat seipsum nobis in Patrem, in fratrem, in socium, in precium, in intercessorem; hic ejus amor non fuit sufficiens, dedit etiam se nobis in cibum, ac dabit olim in præmium, ex Taulero. Da sollen wir nun dem lieben Gott dancken / vor die hertzliche Liebe seines Sohns / für seine Ewige Erlösung / vnd für den kräfftigen Trost / so wir in seinem Blut haben / das wil vns zum Ewigen Leben erhalten / Arnd. l. d. p. 298.

5. *Ab aliis morbis præservat.* 1. *à Febribus calidis.* Calida regio Italiæ, ex qua febres acutissimæ, præsertim in hoc cœnæ Dominicæ articulo. Galenus, insignis medicus, l. 1. & 2. de differ. sex febrium species designat. Sexies vel peccant Papani, in articulum

lum de Cœna Domini. 1. *Febris est quotidiana*: Quotidiè in Missatico sacrificio Christum incruento modo Patri offerunt. Missa, juxta Isidorum, dicitur à missione Catechumenorum: Sacramentis Altaris interesse non possunt, qui nondum regeniti nascuntur. Dicitur sacrificium: quod tamen absurdum. 1. ratione causæ efficientis: illa enim sacerdotalis actio non est à DEO, sed à rationis humanæ liripippio. 2. ratione materiæ: quia ibidem, scilicet in sacrificiis, res terrena & sensibilis, à quibus excluduntur actiones internæ & spirituales. 3. ratione formæ; ex præscripto hîc agendum, nec ritus fingendus pro arbitrio. 4. ratione finis; qui expiatio peccatorum, & placatio. Cœterùm, ubi 1. sacrificium in cœna? ubi panem & poculum accipere, significat idem, quod significare? 2. ubi gra-

tias agere, frangere, actum sacrificandi proprium exprimunt? 3. Panem discipulis dare, cum natura sacrificii disertè pugnat; quippe in quo non hominibus, sed DEO damus. 4. ad discipulos dicere, sacrificio propriè non competit: quia non hominibus, sed soli DEO loquimur. 5. comedere & bibere, omnem sacrificii propriè sic dicti, respectum funditùs evertunt, ut qui non in edendo & bibendo consistit, sed in offerendo. 6. Illud hoc facite, neutiquàm idem est ac sacrificare; sed restringitur ab ipso Institutore, partim ad id, quod modo suos Apostolos facere jusserat, nempe comedere & bibere; partim ad finem ℔, cujus gratiâ actio sacramentalis instituta, puta in sui commemorationem. D. Thum. disput. 1. de Missa. thes. 10. p. 10. ποιεῖν non est θύειν, vel ἱερεύειν; si facere idem quod sacrificare, in Missa nullum est sacrificiū; quia ibi nulla calicis communio,

munio, nulla bibitio; non enim multi bibunt, sed unus: imò sic licebit omnibus Christianis sacrificium offerre: quia Paulus mandatum Christi Hoc, ad universam Corinthiorum Ecclesiam accommodat. Jansenius argumentum hoc parum firmũ nominat, cùm ob alias causas, tùm quod facio, quando pro sacrificare ponitur, cum ablativo construitur, ut subaudiatur sacrificium, c. 131. Hieron: Apostoli non fuerunt conficientes, sed communicantes, & omnium usq; ad finem mundi communicantium personam repræsentaverunt, teste Lucâ Brugensi: non itaq; Apostoli hoc verbo sacerdotes constituti. Major. in cõtrov. c. 5. p. 83. Etsi τὸ facere illud importaret, scilicet sacerdotes facere, cur repetitũ illud Christi jussu? Facere itaq; nõ pertinet ad Missæ celebrationem, sed ad benedicti sanguinis bibitionẽ, & benedicti panis manducationem.

2. Febris

2. *Febris est ernatica*: quæ neque certum diem, neque horam observat. Eadem in Papatu: jam Cœnam sub utraque distribuendam Papistæ ajunt, jam sub unâ, *Cap. comperimus. distinct. 2. de consecrat.* divisionem unius ejusdem mysterii non posse sine grande sacrilegio provenire dicitur. Solam hostiam recipiēs, non plenum Sacramentaliter recipit Sacramentum, Durandus, *l.* 4. rat. divin. offic. c. 54. Christus sub utraque specie perfectus. Albert. M. asserit. dist. 9. artic. 19. In utroque pane & vino, consistit perfectio Sacramenti, Thomas, p. 3. q. 80. artic. 12. Ex duobus signis unum perfectum resultat Sacramentum, Bonavent. 4. sentent. dist. 8. Sic Martinus V. etiam post tempora Concilii Constantiensis, in solenni Paschæ officio, juxta præscriptum ordinis Romani, universum populum, corpo-

corpore & sanguine Domini communicasse legitur, Cassander in consultat. de commun. sub utraq;. Imò constat ante annos 211. calicem in Ecclesia Romana non fuisse prohibitum. Moderni Papisequæ contrarium statuunt, & communionem sub utraque consuetudinem temporis volunt, Bellarm. Tom. 3. controv. 3. l. 4. de Eucharist. c. 26. p. 1258. imò institutionem Christi: hoc tamen non obstante, rectè sub unâ usurpari contendunt, Concil. obstant. sess. 13. 15. Jun. Concilium Tridentinum anathematis fulmine ferit, qui utramque speciem sumi debere asserunt, Sess. 21. 16. Julii, Ann. 1552. Rationem addit; non quia Christi institutio, sed quia consuetudo pro Lege habenda, quam reprobare, & sine Ecclesiæ autoritate pro libitu mutare non liceat. Vide AntiMajerum, D. Himmelii, disp. 5.

D. Fro-

D. Froreisenium, in panoplia Anti-Bellarm. volum. 2. disp. 10. thes. 5. Febrem istam erraticam Conserva violarum, sive verborum cœnæ Dominicæ arceat, & evincat: 1. Testamentaria dispositio: quæ divina quadam providentia constituta, semper firma, atq; immutabilis permanēs. Justinian. in paragr. penult. instit. de jure nat. gent. & civ. In verbis; Edite, bibite, non est tantum historica commemoratio, uti Becanus vult, sed Christi præceptio. Albert. M. in tract. de offic. Miss. 2. Pauli Apostoli celebratio: Ut ille gentium Doctor omnes ab usu calicis Dæmoniaci avocat, 1. Cor. 1. ita omnes ad usum calicis Dominici invitat. 1. Cor. 11. 3. Absurdissimorum consecutio; Si sub una Sacramentum hoc usurpandum, ubi illa 1. plenaria ἀνάμνησις mortis Christi præcepta? Pari 2. ratione sacramentum baptismi, &

ipsa

ipsa pœnitentia, alterutrâ parte carere posset. 3. Laicos & panê liceret privare. 4. nec illi fierent participes remissionis peccatorum, cujus symbolum μεταδοτικὸν est bibitio calicis benedicti. Hinc Oratores Bavarici, tantô petierunt opere, ut potestas concederetur communicandi populum sub utraque specie. A. 1548. prid. Cal. sept. Quod Paulus 3. editâ Bulla promisit, sed intermissum illud sancitum: ratio est, Si Laicis Calix, & Sacerdotibus uxores permitterentur, Papatus universus everteretur. Hosius Cardinalis, referente Chemnicio, p. 2. Exam. Trident. Concil. Titul. de Communione sub utraq; specie. 4. Orientalium Ecclesiarum approbatio. Vide respons. Jerem. Patr. Constant. ad Theolog. Witteb. 15. Maji. Ann. 1576. Occidentalis etiam Ecclesia usque ad Constantiense Concilium, sub utraque communicavit,

juxta

juxta Veteris Ecclesiæ morem. Vide D. Himmelium, l. d. disp. 4. à thes. 12. & Lindan. l. 4. panopl. c. 26. Faceſſat igitur Bellarmini ludicrum; qui nos vinum in cœna deſiderare ait, propter palati & gulæ oblectationem; & chartæ Monachii excuſæ, Ann. 65. quæ apertè fatentur, ſed non ſine inſigni blaſphemia; Germanos jamdùm inter exteras nationes, ut bibendi avidos, malè audire, meritò igitur à contentione de uſu calicis in S. cœna deſiſtere debere.

3. *Febris eſt Tertiana*: quæ interdum cedit, interdum redit. Crama interdum Papani in cœna efflagitant, interdum in dubium vocant. Vinum in poculo aquâ temperatum Papani colunt, tertium in cœna ſuperaddentes; panem, vinum, aquam. Thomas probabiliter hoc tantùm credi aſſerit, p. 3. q. 74. art. 6. Heshus. in l. de recent. error.

error. Pontif. tit. 17. scribit, aliquos ex Pontificiis affirmare, quod mixtio aquæ cum vino sine peccato mortali ommitti nequeat. Alii, quod traditio sit Apostolica. Vide Catechism. Rom. 351. Heshusium, loco dict. p. m. 119. In Oriente vina sunt fortiora, & consequenter pro sanitate conservanda, aquâ miscebantur. Sed hoc in quæstione non est. Status causæ eò inclinat: an Christus mixtionem aquæ cum vino tanquam essentialem & necessariam partem instituerit, ac proinde, an mixtio illa in ipsa sacræ cœnæ repetitione sit hodiè necessariò adhibenda, & quidem hoc fine; ut unio fidelium cum Christo per mixtionem illam non solum repræsentetur, sed etiam efficiatur? id quod ex verbis institutionis probari atque demonstrari nequit: imò nec Cyprianus apertis verbis illud ostendit, teste Jansenio, in

c. 131.

c. 131. Harm. Non igitur crama istud, tanquàm necessarium Ecclesiæ obtrudi, sed libertas Christiana cum reliquis adiaphoris servari debet, D. Gerhard. l. d. p. 1557.

Febr. Cotinua

4. *Febris est continua*; quæ tàm citò non desinit. Continua blasphemia nunc temporis est, Panem in Evangelicâ Cœna, merum & nudum panem esse, panem pistoris, bloß Beckenbrott/ Vinum Oenopolæ, Wirthswein: In Cœna Evangelica nuda duntaxat accipi symbola. Cœterùm Febri isti continuæ opponenda est conserva violacea, ex verbis institutionis. In Cœna Evangelico-Apostolica habetur quidem panis & vinum, sed unà cum pane etiam corpus, unà cum vino etiam sanguis Domini; & si juxta Papanorum mentem, solus panis, solum vinum, in Evangelicorum cœna, etiam in Corinthiorum cœna aliud

Conserva

non

non fuit; quia par cœnæ Corinthiacæ & Evangelicæ ratio, ad cujus formam noſtra cœna ſanè eſt inſtituta. De pane loquitur Apoſtolus, quod non fuerit nudus panis, ſed communicatio corporis; de vino, quod non ſit nudum ſymbolum, ſed communicatio ſanguinis Chriſti, 1. Cor. 11. Inſignis itaque blaſphemia eſt, etiam Evangelicos eò pertrahere, ut Cœnam Evangelicam ejurent, & in hac piſtoris duntaxat panem, non Paſtoris cœlici corpus, ibidem contineri, pro palinodia publicitùs ſtatuant.

5. *Febris eſt quartana:* Quatuor potiſsimùm ſententias Papani de conſecratione fovent, quam Salvator fecerit. 1. divinâ virtute conſecraſſe volunt, Innocent. 3. l. 4. de myſter. c. 6. quod Bellarminus refellit, l. 4. c. 13. & hoc communitèr fieri dicet, ex Gerhardo, p. 1509. 2. alii ſine benedictione.

ctione. Cajetan. & Albert. 3. alii hisce verbis; Hoc est corpus meum. 4. alii verbis ignotis, &c. Discordant invicem Papanistæ in consecratione, quæ fit à sacerdote: alii, verba præfata; hoc est corpus meum, non consecrare, Summa Angel. in Verb. Eucharist. membr. 1. q. 24. Alii Evangelistas non expressisse volunt, Innocent. 3. Cardinalis verba illa; hoc est corpus meum, tantùm ad consecrationem necessaria, scribit, lib. 4. de Eucharistia, l. 14. colum. m. 1173. §. respond. Alii verba sufficere negant ad perfectam consecrationem, nisi illi adjiciantur precationes & benedictiones quædam à patribus traditæ. Græci. Cæterùm hîc notandum, consecrationem veram fieri, verbis ex institutione Cœnæ prolatis: ubi nulla Magica quædam incantatio, nec historica tantùm institutionis repetitio; sed efficax sanctificatio;

catio; quâ juxta mandatum, ordinationem & institutionem Christi, ex prima cœna, sanctificatio in nostram cœnam quasi derivatur, & externa symbola ad usum hunc sacrum destinantur, ut cum his corpus & sanguis Christi distribuantur. Nec duntaxat verba isthæc, hoc est corpus meum, consecrationem continent, sed tota hanc facit actio, quam Salvator in administratione cœnæ suscepit.

6. *Febris hectica*; quæ ossa consumit, atque maciem inducit. Talis est transubstantiatio; quæ Cœnam Dominicam insolidum consumit & conficit. Transubstantiatio portentosum vocabulum, interque nugas Metaphysicas referendum, teste Luthero. Imò inter stupas & stipulas; quâ fieri dicunt, ut recitatione verborum institutionis, etiam panis & vinum, in ipsum corpus & sanguinem Christi,

essentiali quadam mutatione, sic transformentur, ut evanescentê, & annihilatâ symbolorum substantiâ, solæ species, & accidentia reliqua, permaneant. Ipse Transsubstantiationis actus, modus, & qualitas valdè dubia. Alii hanc fieri per pronomen Hoc, alii per completam totam orationem, alii per pronunciationem quatuor verborum: hoc est corpus meum. Formam cõversionis sacramentalem negat Lombardus, cui cõtradicit Petrus Aquilanus. Et sic perpetuò intra Scholasticorum subsellia, pomũ hoc Transsubstantiationis verè ἐν ὁδῷ volvitur ac revolvitur. D. Froreisen. l. d. vol. 2. disp. 10. thes. 3. Ex quibus juxta Foreri Dillingensis axioma evidẽter demonstratur, Ecclesiam Papanam non esse veram Ecclesiam; quia non unitate fidei una Ecclesia. in titul. Belli ubiquitistici. Ann. 1627. edit. Cœterùm notandum

tandum hîc; Transsubstantiationem NB.
pugnare 1. cum Scriptura, Matth. 26.
1. Cor. 10. 11. 2. cum fidei analogia:
Eucharistia enim duabus rebus cõstat.
Iren. l. 3. contr. hæres. c. 34. 3. cum Patrum Orthodoxia: Mistica symbola
post consecrationem non ammittũt,
sive non excedunt propriam suam naturam: manent enim in priori sua substantia, forma & specie. Theodoret.
Dialog. 2. qui ἀσύγχυτος dicitur, μένει δὴ τῆς προτέρας οὐσίας καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἴδους. Gelasius, qui circa
A.C. 500. vixit, in lib. de duabus naturis, contra Eutych. & Nestor. Certè sacramenta, quæ sumimus, Corporis &
sanguinis Christi divina res sunt: propter quæ, & per eadem divinæ efficimur consortes naturæ. Et tamen esse
non desinit substantia, vel natura panis & vini. 4. cum semetipsa siquidem multis laborat cõtradictionibus.

Vide ancrem exenteratum Holderi, à pag. 13. 5. Cum assertione propria: Transsubstantiatio in Lateranensi Concilio, sub Innocent. 3. pro fidei articulo asserta, teste Scoto. Vide D. Reiching. in retract. part. 2. artic. 6. p. 135. Hûc pertinet, quod Thomas disputat, Fieri non posse, ut miraculosè definitio rei ab aliqua re separetur. D. Hummelius, in Papismo, disput. 14. p. m. 130. Ex quo portento fluit Sacramenti adoratio, conclusio, circumgestatio, quæ in Scripturis nullum fundamentum habent.

Anima Christiana, si febribus istis æstuas, si fortè hanc vel illam serpere latiùs persentiscis, Conservam violarum sacratissimarum, hoc est, verba ba Institutionis Dominicæ ὁριστικὰ, διατακτικὰ, διαδοτικὰ & διαθετικὰ, accipe, pondera, revolve, habebis refrigerium in Papali hoc calore.

Domine

Domine JESU, da Missam precum; porrige cœnam juxta tenorem verborum, vinum absque additamento aquæ liquorum, sub symbolis corpus & sanguinem tuum Dominicum, consecrationis justæ mysterium, transsubstantiationis insigne odium. AMEN.

Corpore Christe tuo & sacrato sanguine pascor,
Fac quæso æternùm sim maneamq; tuus.
Non abs te Satanas, vis, vel me separet æstus,
Me rege, me serva, sim tuus, esto meus. D. Johann. Gerhard.

Viol.

MEDITATIO IX.

De Conserva Violarum passionis Dominicalium contra morbum Gallicum.

Rom. 11.

Noli altum sapere, sed time,
Motum sentimus, modum nescimus; præsentiã credimus.

— FAS EST DOMINI JUSSA VERENDA SEQUI.

Conserv. VIdimus, *Anima Christiana*, quam efficaciam Conserva violarum sacra habeat in febribus calidis; Vide quam teneat in morbis Gallicis. Wirsung. part. 5. lib. Medic. c. 31. p. 506. asseverat, Conservam violarum utilissimam esse in morbo Gallico. Gallicam sive Sabaudicam Religionem indigeto, (Calvinianam, quia hujus antesigna-

signani, sive primipili, ex illis locis oriundi. Horum morbos in Cœna Domini modestè tangemus, & nomina Cœnæ varia subjiciemus.

Species hujus morbi Gallici est 1. *Verborum Institutionis inviolatio.* Directè alii Calvinianorum verba institutionis adoriuntur; alii indirectè: Directè vel verba institutionis non habent pro fundamento, vel aliunde sensum petunt. Directè impetunt Helvetii Tigurini, Bullingerus Orthodox. consens. c. 7. p. 161. admonit. Neostad. p. 94. Martyr, in Dialog. p. 127. Verba Christi, nominat quinque verbium probationum, alii tria impotentia verba. Buren. A. 1560. in convent. publ. Consubstantiationem, Camera censis nugamentum. Gryn. in disp. Heidelb. th. 26. Sensum verborū aliò petendū, suadet Orthodoxus consensus, c. 5. p. 98. h. e. verba Institutionis

ex oculis seponenda. Certa dijudicatio ex solis verbis peti & haberi nequit, Boquinus, canon. 3. f. 35. Strigelius in Epist. ad Wilhelmum Ramb. vult, oculos non solùm in verba Cœnæ intendere oportere, sed sibi proponere totam doctrinam Christianam. Confervam adde, ut curetur morbus ille Gallicus: cogita, de hoc tanto mysterio, nihil amplius cognoscendum, quàm quod verbum Christi est verum & efficax, & omnipotens, modus autem inscrutabilis. Damasc. l. 4. Orth. fid. c. 14. p. 315. Is sanus sensus, & sine periculo est, qui apertè & sine ambiguo, ipsis dictionibus in Scriptura ponitur, Iren. l. 7. c. 46. Ipsi dediscimus benè loqui, cum desierimus cum DEO loqui, ipse scribit Calvinus, aliàs Antagonista, l. 3. instit. c. 23. §. 5.

Species morbi Gallici 2. *Falsa allega-*

tio.

tio. Calviniani, ex cap. 6. Johannis verum institutionis sensum petendum ajunt: quibus tamen repugnat Calvinus, in c. 6. Joann. p. 44. Gualterus, homil. 53. Perkinsius in Catholic. reform. controv. 1. c. 4. p. 222. Aret. l. 5. de cœna. Vorstius, in Anti-Bellarm. c. de cœna, p. 394. Loquitur ibi Apostolus, non de sacramentali manducatione, sed de spirituali.

3. Species morbi Gallici, *Troporum sive figurarum introductio*: ubi indirectè verba Cœnæ impetuntur. Calvinus præposteros interpretes appellat, qui τὸ ῥητὸν observant. in form. conf. p. 16. assertionem τοῦ ῥητοῦ vocat stultam pervicaciam, & hostiliter litigantem, l. 4. instit. c. 17. sect. 120: assertionis hujus propagatores, à Satana fascinatos præfractos literarum exactores, syllabarum aucupes: Δηάνοιας autem utilem moderationem l. 4. instit.

c. d. quæ juxta B. Menzerum, Tom. 1. disput. Gies. disp. 10. thes. 10. 18. & in Exegef. A. C. art. 10. p. 477. 483. partim Grammatica, partim Logica, partim Rhetorica. Τὸ ῥητὸν observare nos jubet. 1. Temporis qualitas. 2. Christi instituentis majestas. 3. Verborum Christi perspicuitas. 4. Sacramenti proprietas; quia Cœna N. Testamenti Sacramentum, in quo non umbræ, sed veritas. 5. Novi Testamenti claritas. 6. Evangelistarum conformitas. 7. Sensus literalis concinnitas. 8. Tropi absurditas. Tropus enim est in tota propositione, nec in subjecto, nec in prædicato, nec in prædicati descriptione, nec in copula; quia συγκαταγορέμενον, hoc est, verbum omnium simplicissimum, in quod alia verba omnia resolvuntur, ipsum verò in nullum resolvitur. 9. πληροφορίας fidei necessitas. 10. Veteris Ecclesiæ cõstans unanimitas.

4. Ve-

4. *Veræ præsentiæ Christi abnegatio*, species morbi Gallici : hinc illorum axiomata : Corpus Christi finitum, & cœlo comprehenditur. Cal. lib. 4. institut. c. 4. §. 26. Christus adest totus, sed non totum : fides in corde apprehendit Christi corpus & sanguinem. Sed verba institutionis evincunt. 1. quia in sacra Cœna corpus Christi manducandum nobis datur : ubi λῆψις prærequirit δόσιν, quæ absentiam non patitur. Jam verò in sacra cœna nobis typicum & figuratum corpus non exhibetur, sed verum & reale, proprium & substantiale, in ara crucis pro nobis in mortem datum. 2. Si figuratum dare voluisset, certè Sacramentum Agni Paschalis non sustulisset : Agni siquidem mactatio & comestio longè clariùs significavit CHRISTI passionem, quàm manducatio panis.

3. Si panis Eucharisticus esset tantum signũ absentis corporis Christi, consequens foret, cœnas domesticas, in quibus ad saturitatem comedimus, aptiores esse ad S. cœnæ celebrationem; consequens negat Apostolus, 1. Cor. 11. 4. Essentia S. Cœnæ in ejusmodi manducatione corporis Christi consistit, quæ omnibus ad cœnam accedentibus, ac proinde etiam indignis, sit communis, qualis manducatio spiritualis non est.

Species morbi Gallici 5. *est, Symbolorum mutatio*: Sunt inter Calvinisequas, qui locô panis, panem ex pulvere radicum, & tostis asellis; locô vini, aquam simplicem, vel aliud potionis genus substituunt. Beza, *Epist.* 2. ad Till. Bucan. in instit. loc. 48. q. 21. p. 623. Sadeel. volum. oper. Theol. pag. 420. Alsted. part. 3. Theol. Polem. controv. pag. 660. Sed insignis hæc contumelia:

melia: nemo enim partem cœnæ essentialem mutare debet.

Species morbi Gallici 6. *est conuitiorum plurimorum coacervatio*: qui veram in Cœna præsentiam Christi credimus, malè audimus: Sumus Calvino, crassi comestores, l. 4. instit. c. 17. §. 25. deglutientes corpus, per συνουσίαν consubstantiationem, coëxistentiam, inexistentiam, delitescentiam: corpusculi sub pane, impanationem. Martyr. c. 4. de Euchariſt. κρεοφαγίαν. Beza in lib. peculiari. Beyweßlung/ oder/Mitweßlung. Marpurgens. Anatom. ex cloaca Transsubstantiationis deductam, Beza l. d. Sed nos loquimur, de præsentia Sacramentali, non quod sit tantùm σχετικὴ, ac significativa, sed quia res cœlestis, mediantibus externis symbolis, in hoc mysterio nobis confertur, & exhibetur. D. Gerhard. l. d. p. 1530. Cujus senten-

tiæ fulcrum dependet & ab instituentis voluntate, & ab ipsius omnipotentia, sive facultate.

Species morbi Gallici 7. est *Simulatio*: Calviniani simulant, & de modo præsentiæ tantum quæstionem inter nos & illos esse scribunt: Corpus Christi præsentissimum in cœna dicit Perkins. in Catholic. reform. controv. l. c. 1. Corpus Christi in Cœna realissimè exhiberi, nobiscum convenit: de objecto, de modo lis est, præsentiam non minùs credimus, quàm vos. Causabon. ad Epist. Perronii, nomine Regis Angliæ scribtam. Cæterùm, ὅμοια λέγουσι ἀνόμοια δὲ φρονοῦσι: Præsentiam 1. Christi, in terris hisce, negant. 2. Præsentiam Christi, in locis pluribus, evertere naturam corporis veri, statuunt. 3. Corpus Christi nec localiter, nec illocaliter, nec visibiliter, nec invisibiliter, præsens esse volunt.

volunt. Beza, part. 1. respons. ad colloq. Mompelg. p. 37. 4. Corpus Christi, nō nisi fide manducari dicunt: cum præsentiam astruunt, solam & nudam σχετικὴν, seu relationem volunt, per quam fidei omnia præsentissima.

Species morbi Gallici 8. est *Fractio:* Panifragium partem quasi essentialem urgent, non mediam: repræsentationem hîc innuunt, non distributionem. Christi corpus fractum esse διαῤῥήδην in Scriptura negatur, Johan. 19. Nonnulli Calvinisequarum fractionem pro adiaphora seu libera agnoscunt. Vide disput. syntagm. D. Himmelii, disp. 23. thes. 60. 64.

Species morbi Gallici 9. est, *Panis in manus acceptio*: quasi verò τὸ λαμβάνειν, non in genere denotet quamvis acceptionem, præsertim verò orê accipere? Marc. 15. Johann. 19.

Unde

Unde differens illud Calvinus nominat, & in Ecclesiæ libertate positum, l. 4. instit. c. 17. parag. 47. Revocet igitur impiam sententiam Bucanus, qui ambabus buccis illa sparsit: esse papissare, & superstitionis fomitem fovere, si nos acceptionem Sacramenti per os urgeamus:

Species morbi Gallici 10. *est, Unionis sacramentalis sublatio:* dùm Calvinistæ, locô κοινωνίας, meram ἀναλογίαν substituunt; quâ signum, hoc est, panem & vinum tantùm denotet & repræsentet, nequaquàm verò exhibeat corpus & sanguinem Domini; quod inde provenit. Qui Φελιτὸν hoc mysterium decempedâ rationis metiunt; illud sanè Marianum, sive Nicodemicum substituunt, Quomodo. Luc. 1. ut ipse Calvinus fatetur, l. 4. instit. c. 17. 25. Unde nos Capernaitas vocant, quod in cœna Oralem manducationem

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231664/phys_0140
DFG

nem statuamus: cùm nos illam manducationem, non crassam, naturalem, Capernaiticam, sed supernaturalem & incomprehensibilem intelligamus. Vide Formulam Concord. in declarat. p. 744. Interim sciant scioli & Aristarchi, nomina & adverbia non semper denotare causam formalem, sed sæpiùs instrumentalem, nec statim corporeum & physicum esse, quodcunque organo fiat corporeo & physico, ut in Exemplo Spiritus Sancti, & verbi DEI liquidò constat. Sarcasmus ita hic est, non versus, in, cum, sub, totum offendunt monosyllaba mundum. NB.

Species morbi Gallici II. *est manducationis indignorum negatio*; quam nonnulli duos pilos caudæ equinæ, & commentum nominant, cujus ipsum Satanam pudeat, Beza, part. 2. quæst. q. 56. alii corpus Christi Sacramento-

mentotenus, alii Sigillum, Sadeel.in lib.de Sacram.manducat: alii nudum panem accipere ſtatuunt. Aret.part.2. problem.82.fol.1006. Græcum verſiculum recitat, ſed contrarium ſentit; Θεωρῶν αἷμα φρίξον ἄνθρωπε βλέπων: ἄναξιος γὰρ ἐστὶ τῆς ἀναξίως φλέγειν. ô homo, intuens ſanguinem Domini, horreſce; nam carbo eſt, exurens indignos. Statuendum hîc, indignos accipere quidem verum ſacramentũ, ſeu τὸ σῶμα ſacramenti; ſed nõ rem, ſeu verum fructum Sacramenti. Vide Menzerum, tom.3. Gieſſens. diſputat. d.16.th.169.187. D.Hutterum, art.7. libri Concord. q. 5. p.654. D.Gerhard. tom.5.de S.cœna.§.231.247. D.Himmel, in ſyntagm.diſput.23.thes.91.

12. Morbi Gallici ſpecies, *rerum non neceſſariarum odioſa commotio*: qualis Altarium everſio, publica uſurpatio: quaſi verô Chriſtus, in cœnaculo,

lo, cœnâ non usus fuerit? Vasorum, patinæ, calicis, rejectio; panniculorũ, qui communicantibus substernuntur, è templo intempestiva relegatio. Sed sufficiant hæc de morbo Gallico.

Mea Anima, Christiana anima, Testamentum Salvatoris noli infringere, sed indesinenter colere, sensum inquirere testamenti sobrium, & fuge morbum Gallicum, ne fias coram Angelis & Sanctis DEI electum opprobrium. AMEN.

Bone pastor, panis vere,
JESU, nostri miserere.
Tu nos pasce, nos tuere,
Tu nos bona fac videre,
Tu, qui cuncta scis & vales
Qui nos pascis hîc mortales,
Tuos tibi commensales,
Cohæredes, & sodales,
In terra viventium,
Fac sanctorum civium.

MEDI-

MEDITATIO X.

Quintus Floſculorum Violæ manipuluus, in primo Dominicali FASCICULO, qui eſt, Christi informatio.

Johan. 13.

Vos vocatis me Magiſtrum, ac Dominum, & benè dicitis, Sum etenim.

Auguſtinus.

Attulit Chriſtus veritatem, ut Rector, manſuetudinem, ut Liberator, juſtitiam, ut Cognitor.

INFORMAS CHRISTE LIBENTER.

MEa anima, *Chriſtiana anima*, quintus in violario paſſionis Dominicæ, violarum manipulus eſt, *Chriſti*

Christi fidelissima informatio, quæ dirigitur 1. ad discipulum prodentem, *Veruntamen manus prodentis me, mecum est in mensa.* Tradendus Salvator, non à quodam peregrino, sed à discipulo; non à sicario, sed ab Apostolo. Vir pacis est, qui bellum ipsi indicit, Psal. 41. notus est, qui illi insidias struit, ex amicis est, qui illius calcaneum premit. Unus, inquit Magister, non nominat sed tacitè increpat: manus tradentis, inquit, non Judæ, non Eleemosynarii, mecum est in mensa, non in carnificina, in crucis ara. Ita Judæ conscientiam ferire vult, non infamem reddere. D. Gesner. in passion. c. 7. p. 61. Ecclesiæ ministris in singulare documentum, ut cautè cum peccatoribus agant, neque gradus admonitionum negligant, Matth. 18. Christus leni & tacitâ conveniebat admonitione, ut facilius corrigeret pœnitendo,

tendo, quem nulla deformaret abjectio. LEO. Filius quidem Hominis sicut definitum est, vadit κατὰ τὸ ὡρισμένον, non quasi Judas ad proditionis scelus perpetrandum fuisset violentèr adactus; Præscientiæ namque divinæ decreta non adigunt hominem ad scelera. D. Gesner. l. d. p. 64. Sed prævident, qualia sint futura, Sicq; ea prænunciant per Prophetas. Certè si Judas DEI arcanâ suggestione & inclinatione hoc facinus perpetrasset, Christus Judæ interitum non ita deploraſſet. Nec necessaria fuit Judæ Proditio: Voluit Salvator sponte pati, neque Judæ proditione ad passionem trahi. Quid enim Judas malitioso suo conatu contra DEI filium efficeret, nisi ipse victima pro mundi peccatis fieri vellet? Esa. 53. Non nostram salutem traditio Judæ operata: sed sapientia Christi, qui aliorum nequitiis,

quitiis, ad id, quod nobis expediebat, utebatur. *Veruntamen væ illi homini, per quem proditur*: Per illud *Væ*, plerunque intelligit Scriptura supplicium condemnationis æternæ. Proditio Judæ non importabat laudem, sed æternam perniciem. Er solt nicht Ablaß vnd Gotteslohn/sondern das Ewige Verdamnß davon bringen. 2. *ad discipulum quærentem*: Et ipsi cœperunt quærere inter se, &c. Sicut in corporalibus passionibus multæ sunt, quas non sentiunt patientes, sed magis adhibent fidem conjecturæ Medicorum: sic & in animæ passionibus; si quis in se non sentiat, credere debet his, qui plus peccatorum habent cognitionem. Ex Basil. Die Jünger fragen/wer doch der Schelmhalß/der solche grewliche That verüben solt. 3. *ad discipulum terrena sapientem*: Facta est contentio &c. Discipulorum pœni-

pœnitentia, Imperandi appetentia, φιλονικία Apostolorum Theologia: nolunt esse magni, sed maximi: nolunt esse positivi, sed superlativi. Ambitio futile malum, secretum virus, pestis occulta, (ex Bernhardo) doli artifex, mater hypocrisis, livoris pater, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium; ex remediis morbos curans, ex medicina languorem generans. Ambitio.

Rixas composuit Salvator 1. *increpando: Reges gentium* &c. Non commiscendum est Christi regnum spirituale, cum politica potestate: Christus non appetit mortalia, qui regna dat cœlestia. Er sucht kein Sterblich Königreich / der vns verheist sein Himmelreich. *Vos autem non sic.* Sacerdotes estis, instructi gladio oris, non corporis. Moderni Clerici, si sunt fratres Apostolici, certè in hoc sunt: Vi-

dent

dent vitæ ac mundi terminum ferè completum, vident creata contendere ad interitum, sed illi interim quærunt primatum; apparant bellum; quærunt temporale commodum. Milites legunt, non Scripturarum sacrarum apices: Imperare volunt, non prædicare; ferire cupiunt, non ferientem ferre; regnum volunt habere, in hoc mundo; non in cœlo; prioritatem desiderant, non humilitatem. Non hoc opus sibi tempus certaminis poscit: Elaborandum illis, ut obirent piè, non ut imperarent superbè. 2. *Illustrando:* adducit exempla; alienum à servis, Christianis dissidere à Christo, qui in his terris semper fuit absque terrestri dominio. 3. *Perseverantiam commendando:* in cassum bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur, quia, frustra velociter currit, qui priusquam ad metas venerit, deficit. Gregor. l. 1.

moral: bonam vitam puto, mala pati, bona facere, & ad mortem sic perseverare. Bernhard. in serm. 4. *regnum assignando*: Et ego disponо vobis. Hic oportet vos inquit, tolerare, illic imperare: hîc currere, illic sedere; hîc famem pati, illic satiem; hîc judicari, illic judicare; non quasi sensibile regnum sit; sed dictum ex metaphora eorum, qui à Regibus honorantur. Theophilact.

4. *ad discipulum præsumentem*; Ait autem Dominus: *Simon, Simon*, ad Petrum sermonem vertit, ut omnes castigaret, & Petrum instituret. *Ecce*: Asterismus Spiritus S. quô attentionem, & rei magnitudinem inducit. Schlags nicht in Wind: Merck drauff. Satanas, qui nihil intentatum relinquit, fortis armatus, nequam ille Spiritus. ὁ πονηρὸς, expetivit, studiosè quæsivit potestatem: expetivit vos,

qui

qui miſelli vermes, muſcæ, imbeciles; quare? ut vobiſcum luderet? epularetur, delicaretur? non: *Sed ut vos cribraret, ſicut triticum.* Cribrare eſt turbare, nocere, tentare. Theophyl. Sicut in cribro paleæ remanent, & farina tranſit; Sic Judas, ut furfur remanſit Diabolo, & farina Petrus, cum cœteris diſcipulis reſervatus conditori DEO. *Ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua.* Diabolus nihil poteſt, niſi permiſſus. Eſt Servator, qui intercedit, licet non deſit ſeductor, qui nocere pergit. Si Salvator pro nobis non intercederet, fides noſtra jamjam deficeret. *Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos.* Non ſufficit tuam ſalutem deſiderare, ſed etiam proximi: Confirmare frattres oportet, non præcipitare. *At ille dixit ei:* Præ-

sumptio, venenum valdè perniciosum: impiè illa viribus propriis adscribit, quod ex sola cœlesti gratia venit. Nulla præsumbtio pernicioſior, quàm de propria justitia aut scientia superbire. Augustin: is præcipiti pedem porrigit, qui mensurarum suarum limitem non attendit. Gregor. in homil. Sumus in initio Christianismi leones, in medio vulpeculæ, in fine lepores. Petrus paratus, non ferre tantùm cum Christo carcerem, sed ipsissimam etiam mortem, cujus temeritatem Salvator castigat, & Gallum inducendo, & abnegationem ejus inferendo. Qui non vult audire pastorem prædicantem, eum oportet audire gallum satis dirè pronunciantem cum languet: Wer nicht wil hören ein lieben Prediger Mann/der muß hören ein krähenden vnd Straff ankündenden Han. Milites in Germania palan-

palantes, certè galli sunt vigiles; qui παροξυσμὸν signant, & sonant; sind Schnaphanen die wenig guts frühen. 5. *ad discipulum insipientem.* Non agnoverunt necessariam alimentationem & sustentationem: Natura modicis contenta; sed humanæ voluptatis abusus multa quærit superflua. Non opinabantur, se futuros orphanos, & vitam acturos inquietam, militarem, sed omnibus voluptatibus affluentem: undè gladiis illos opus habituros, Salvator dicit. *qui habet sacculum, tollat. &c.* Domine JESU, cur gladium emere jubes, qui ferire prohibes; cur haberi præcipis, quem extrahi vetas? (ex Ambrosio) nisi fortè ut parata sit defensio, non necessaria ultio, & videaris vindictæ propriæ inimicus? Apostoli potiùs spectabant in Christo terrenam gloriam, quàm Passionis tragœdiam; sed

oportet perfici, quod scribtum de filio DEI: Cum iniquis deputatus, qui inter Angelos creator æstimatus. Ut ea, quæ de Salvatore dicta, habuêre initium, ita etiam terminum: ne jota debuit esse incompletum, ne falleret Spiritus Sancti præconium. ¶ Christus loquitur de emendo gladio: sed discipuli loquentem non intelligunt non sine prodigio: quod Magister loquitur de gladio spirituali, minister intelligit de gladio materiali, gladio ancti, & clamat: *Ecce duo gladii hîc.* Papa exinde probat utriusque gladii potestatem; sed insignem committit falsitatem. Bonifacius 8. Jubilæum celebraturus, primo die habitu Pontificio, paulô post Imperatorio incedens, sibi gladium geminum præferri jussit, & acclamari: *Ecce duo gladii hîc.* Balæus l. 6. de Rom. Pontif. Cramer. l. 8. c. 36. Ense accinctus, scribit

bit Cuſpinianus, in Albert. Cæſ. p.m. 446. & coronatus, in publicum prodiit, inquiens: Ego ſum Cæſar & Pontifex, &c. Vides hîc Petre ſucceſſorem, & tu, Salutifer Chriſte, tuum vicarium? Per duos gladios Ambroſius duo teſtamenta intelligit, quibus adverſus inſidias Diaboli armamur. Huſſus, ignitum eloquium, & vehementem ſpiritum, Feürige Red/vnd eiferigen hefftigen Gaiſt: nonnulli verbum promiſſi & verbum præcepti: Was Gott in der Schrifft verhaiſt/ vnd in der Schrifft befihlt/ iſt gnug zu erlangen das ewige Erb: alii intelligunt DEI verbum, & orationis adminiculum. Sit gladius verbum, ſit firma oratio telum. Verùm ſatis eſt.

Mea anima, vende patrimonium, & eme ſpirituale gladium. Ex Ambroſio. AMEN.

MEDITATIO XI.

ACETUM-VIOLACEUM, Ex Hoc quinto violarum fasciculo.

Johan. 17.

Verbum tuum Veritas.

Attulit Christus veritatem, ut Rector, mansuetudinem ut Liberator, justitiam, ut Cognitor. *August. sup. Joann.*

SI CHRISTO OBSEQUERIS SAT HABES.

Aceti vis.

MIra vis aceti, *mea Anima*: Vix scribendo satis exprimi potest: Melancholicis noxium acetum, quia humores cogit, & crassiores efficit, quartanam auget, tertianam mitigat & compescit. Lemn. de occult. naturæ mirac. l. 3. p. 313, c. 7. Nec aceto viola-

Aceti violarū

violarum sua laus deest; præsertim in ulceribus curandis. Er sol für alle brennende Schweren gut seyn / Wirsung. l. 8. Artzneybuch / c. 19. p. 635. Vel duodecim hîc præcipuè sunt ulcera, contra quæ feliciter valet aceti violarum sacratum acrimonia.

Aceti violar.

I. *Ulcus est indigna Cœnæ manducatio*; quæ non nova, sed antiqua. Etiam Judas proditor Cœnæ Dominicæ particeps factus: ex una re sancta sibi Judas sumebat supplicium, Petrus salutem, Augustin. l. 2. contra Petilian. c. 40. Medicus dedit; sed indignè accipiendo Judas ad perniciem accepit. Id. Tract. 6. in Johann. Nonnulli Judam excluſum volunt, tàm à pedum lotione, quàm Eucharistiæ acceptatione. (Aut. de ablut. ped.) imò ab Agni Paschalis comestione. Tatianus & Ammonius, uterq; Alexandrinus, post Judæ discessum institutio-

Judas, Cœnæ ejectus.

nem collocant, ut etiam Rupertus in c. 6. Johann. Innocent. 3. de mysterio Missæ. c. 13. 1. quia Judas post acceptam buccellam εὐθέως, exierit. 2. buccella ante Sacramenti institutionem data. 3. quia Judas de genimine vitis in regno patris non bibit. 4. quia Salvator scelerato Sacramentum cœnæ non dedit. 5. quia Judæ scelus amplius non fuit occultum. 6. quia Apostolus præcipit, ne quis communicet alienis peccatis, 1. Tim. 5. 7. quia Medicus non proponit ægroto medicamentum mortis. Sed sciendum, ista omnia non esse stringentia, quæ Judam ab Eucharistiæ participatione excludant. 1. adverbium εὐθέως, moram quandam includit, licet fortè nō longam; & proinde Evangelistæ, Matthæus & Marcus Anticipatione sunt usi. 2. Cœna quidem Sacramentalis peracta, sed tamen mensa nondum penitus

penitùs remota. 3. est Synechdoche; cum plerisq; Apostolis, excepto Juda, se bibiturum de genimine vitis, asserit, non cum omnibus. Vobiscum: Christus non biberat cum Apostolis ex poculo Sacramentali, sed Paschali. 4. Judæ scelus nondum erat in lucem productum, sed adhûc clausum. 5. Bucellam Salvator nõ ante Cœnam, sed post, porrexit, per anticipationis figuram. 6. De notoriis peccatoribus res plana est, secùs de occultis. 7. Cibus & potus sacramentalis per se nõ est medicamentũ mortis, sed vitæ: neq; Salvator eô fine Judæ Sacramentum porrexit, ut ipsi esset mortis medicamentum, sed admonitionis remedium. Judas bibit, sed non saturatur, nec sitim extinguit ignis æterni, quia indignè sumit mysteria Christi. Et Judas proditor bonum corpus, & Simon Magus, bonũ baptismi, suscepit,

sed quia bonô benè usi non sunt, mali malè utendo deleti sunt. Ex Augustino. Ut venderet Judæis, Christus ei sanguinem suum, quem vendiderat, offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tamen impius existere noluisset. Chrysostom. in homil. de prod. Jud. Vide D.D. Gerhardum lib. d. p. m. 1471.

Secundum Ulcus; *Vana in palliandis iniquitatibus imaginatio.* Judas sibi persuadebat, Christum non videre scelus, quô jamdudum efferveſcebat animus. Cœterùm Salvator καρδιογνώστης, exactè novit, proditorem in nefario facinore penitùs animum obdurasse, & frustrâ plures admonitiones instituit. D. Gesner. in passion. p. 71. Ein jeder sehe zu/ daß er an dem Hertzen kündiger nicht die Finger verbrenne/ vnd auff sich ewige Straffe lade. Si vidit nefarium Judæ facinus, in statu infirmi-

infirmitatis, quantò magis peccata oculis objiciet in ſtatu majeſtatis? Viſcher. conc. X. in paſsion. lit. X. Qui plantavit aurem, non audiet? qui oculos, non videbit? Pſal. 94. Coram DEO caliginoſum lucidum eſt. Pſal. 139. Oculos habet clariores Sole, qui non eſſe cœpit in tempore. Syrac. 23.

Tertium Ulcus, *Epicuræa deſperatio:* Ulcus illud vetus eſt, etiam Sapienti cognitum. Sap. 2. Epicuræi omnia caſu & fortuitò fieri putant. De Epicuro vide Lactantium, l. de ira, c. 13. Contrarium ex Seneca ſtatuit Franciſcus Petrarcha, lib. 1. de vit. ſchol. c. 8. fol. 238. Qui habuit tui curam antequàm eſſes, cur non habebit curam, cum jam es, quod voluit, ut eſſes? Ex Auguſtino. In cœlis DEUS habitat, non ut Juppiter brutus, ſed 1. quaſi permiſſor. 2. proviſor. 3. limitator. 4. impeditor. 5. ordinator & director.

6. impletor. *Sic filius Hominis vadit, quod definitum est.* Debuit compleri, quod nobis debebat esse usui. Promissiones DEI sunt Amen & indicibile continent levamen: DEUS verax in promisionibus & efficax in sermonibus. O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas, tu es DEUS meus, ad te suspiro die ac nocte. August. l. 7. confessionum.

Quartum Ulcus, *Curiosa rerum variarum interrogatio:* Discipuli quærunt, sed Christi futuram passionem non intendunt: Plus quærit numerus insipientis, quàm respondere potest unus ex collegio sapientis: Ein Thor fragt mehr / als zehen Weise antworten können. Et curiosi surgunt scisitatores, & contentiosi disputatores: priores, non contenti verbo suis speculationibus evagantur, cum discrimine inquirunt talia, quæ sine crimine

ne

ne ignorare possent: Cœteri rectè dicta pervertunt, adversarios fingunt, & lites in Ecclesia cient non necessarias: Illos instigat regitq; petulantia, hos malitia, utrosq; ambitio. D. Meisnerus in procœmio quæstionum vexat. An. 1620. Unde magnoperè curandum, ut agnita ἀληθεία, finem quærendi tales faciant, & ex senticeto illo, ad verbum, paradysum longè amœnissimũ, reducantur. Quærendum est, sed ne quid nimis. Ut enim hœdera pota, nocet nervis, sed foris prodest adhibita: sic quæstio copiosior nocet fidei articulis, sed piè ædificat proposita. Quærendum est, sed non solum: quærendum, sed quærendo discendum: Qui semper quærunt, nunquàm ad agnitionem veritatis perveniunt: Quærendum est, sed rectè: Quæstiones informandæ, non ut his capiantur simpliciores, sed in his erudiantur infirmio-

infirmiores. Quærendum est; sed sobriè & submissè. Inanes quæstiunculæ seriò vitandæ: non enim ædificant, sed valdè præcipitant. Latet anguis in herba hâc. State super vias, & videte, & interrogate, de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & invenietis refrigerium animabus vestris, Jerem. 6.

Quintum Ulcus: *Sollicita rerum terrenarum amplexatio.* Discipuli rixantur. Christus ad concordiam invitat: Discipuli primatum quærunt in terris, quorum tamen sors futura in cœlis: regere & gubernare volunt, non regi & prædicare: plus illis ridet somnium mundi, quàm imperium cœli: Sie wollen lieber Scepterträger, als Creutzträger seyn. Ulcus illud inveteratum est, nec hodiè demùm cœpit: Etiam Petrus voluit esse inter cohortes, & Alcimus inter milites,

2. Mac-

2. Maccab. 14. *Vos autem non sic.* Nabal numerosum gregem habebat. 1. Sam. 25. Esau suos principes, Epulo purpureas vestes, Luc. 16. Sodoma suas opimitates, divites substantiam; Ibi autem non sic: Ecclesiæ ministrorum pars & sors, non est in terris, sed in cœlis: Regnum adhûc illis patet, in quo neque fames, neque sitis, neque labor, neque terror; regnum seculorum, non seculi. Ubi ii regnare debent, qui hîc serviunt; ubi triumphare debent, qui hîc vinciuntur, ubi Judices erunt, qui hîc judicandi; unde piis judicium non metuendum, sed exoptandum. In der andern Welt werden sie den rechten Nectar / vnd Ambrosiam / der Götter Speiß vnd Tranck brauchen. Viscerus, l. d. concione 10.

Sextum Ulcus: *Satanæ quotidianæ impugnatio.* Ulcus hoc inveteratum, etiam

etiam protoplastis non ignotum. *Ecce Satanas expetivit vos.* σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον. à σίω, sive σείω, quod est concutio, quatio, agito: peculiariter de terræ concussione dicitur. Scapul. in Lexic. p. 1450. Cribrationis mentione indicatur, eos Christianos, qui non sunt cruce vexati, resq; adversas experti, similes esse frumento à paleis nondum purgato. D. Gesner. l. d. p. m. 92. c. 9. Satanæ immanitas nunquam non surgit: quantò magis nos sibi rebellare conspicit, tantò amplius expugnare contendit: eos autem pulsare negligit, quos quieto jure possidere se sentit. Gregor. l. 24. moral.

Domine Jesu, dulcis Salvator, procul repelle somnia & Satanæ phantasmata, qui quantò propius esse finem mundi videt, tantò crudelius persecutiones exercet, præsens obsecro persecutionem facies, quid aliud, quàm vibra-

vibrationis ſpecies, in qua paleæ diſperguntur, triticum manet, pii probantur, impii deficiunt. Da magne Salvator in fide conſtantiam, in cruce patientiam, & in altera vita æternam gloriam. AMEN.

Des nobis te noſſe benè, hic des teq; fateri,
Teq; ſequi, nobis des, pie, Chriſte precor.
Sit mens fida, fides firma, usq; ad funera mortis,
Vic dabitur nobis cernere poſſi.

MEDITATIO XII.

ACETUM VIOLACEUM Contra reliquas ſex ulcerum malignorum ſpecies.

1. *Johan.* 2.

Totus mundus in maligno (*mali ligno*) poſitus.

Mun-

Mundus est, ubi plurimum malitiæ, modicum sapientiæ. *Bernhardus in sermon.*

QUAM RES PRÆCIPITI STAT TUA MUNDE LOCO!

SEptimum Ulcus, Anima fidelis, *inanissimarum cogitationum acceptatio*: Quot sunt, qui cœco sortis impete omnia rotari credunt, nec amplius Salvatorem rerum directorem colunt. Hoc ulcus planè inveteratum, etiam à Vate indicatum. Hab. 1. impius prævalet adversus justum, propterea egreditur judicum perversum. Sed est adhuc Christus, qui intercedit, est qui pro nobis interpellat, ne fides nostra deficiat, malum incrementa sumat, & Diabolus ulteriùs prædam capiat. Fides recipit magis & minus. 1. quoad notitiam: quæ in quibusdam confusa & obscura; in quibusdam exqui-

exquisita & exacta. 1. Cor. 12. 2. quoad sensum literalem & spiritualem; qui incrementa & decrementa sua pro circumstantiarum varietate habet. 3. quoad confidentiam: prout illa confidentia apprehensivæ (quæ magis & minus non recipit) consequens & effectus: hæc enim interdum magna, Matth. 15. interdum parva, Luc. 17. interdum plane deficiens Marc. 9. Matth. 4. D. Thum. in explicat. Termin. & Distinct. in artic. justific. thes. 67. p. 79. 80. Sanctos fidem amittere posse, Solis radio scribtum, & ex hoc textu patet; contrarium Epicureismum, & ἀϑεότητα, plenis velis in mundum invehit, & pugnat cum tota S. Scriptura. Psal. 51. Ezech. 18. Matth. 15. Luc. 18. 11. Rom. 11. 1. Cor. 10. &c. D. Georg. Mylius, in disput. de prædest. thes. 14. Vide Piscatorem, adversus thes. Schasmanni, p. 12. Zanch. in miscel-

miscellan. p. 55. Heidelberg. in der güldenen Laitter. p. 107. Beza in respons. ad Colloq. Mompelg. 2. Thesaur. Orthod. fid. class. 3. l. 1. de fide in genere. Neque Spiritus Sanctus, neque fides, ita nobiscum fixa, ut cedere non possit: Spiritus S. avolat, ut columba, fœtorem peccatorum sentiens. Chrysost. homil. 2. in Psalm. 50. tom. 2. p. 18. In Carnalibus non permanet Spiritus Sanctus. Ambros. l. 6. Hexaem. c. 6. in fin. Tom. 4. p. 82. nec in uno domicilio morabuntur mundicia & immundicia. Bernhard. tom. 3. de Pentecost. column. 165. Der kaische Gaist / vnd der vnflettige Hurengaist; der Gaist der Liebe vnd der Mordgaist / können nicht zusammen stallen / vnd ein Quartier haben. D. Dieterich. part. 2. conc. pœnit. p. 269. conc. 9.

Octavum

Octavum Ulcus : *utilitatis propriæ æstimatio* : proximus est quilibet sibi; seipsum curat, non proximum. Contrarium Salvator vult, & conversum convertere fratrem jubet. Feindselige Leut sind die / welche die gefallene Sünder nicht zur bueß locken / trösten noch auffrichten / Sondern vor den Kopff stossen vnd verwerwerffen. Visch. conc. 11. Certè prævaricatores in viam reducendi: Psal. 51. infirmi in fide suscipiendi. Rom. 14. & pavidi erigendi. 1. Thessal. 5. ut in latrone, Luc. 13. Paulo, 1. Tim. 1. aliisq; videre est.

Nonum Ulcus, *Temeritatis imitatio* : Petrus vult esse Leo fortis, non dama imbellis : præsumit cum Magistro non solum migrare in carcerem, sed etiam in mortem. Laminæ sive phyliræ aureæ homo similis, prout quidem fulget sine motu;

VIOLARIUM

motu; sed inutilis redditur cum anhelitu. Ein dünn geschlagen Silber oder Goldtblatt schimmert vnd gleisset wol/wanns still ligt: So man aber dran hauchet/so verwiret es sich. Sine cruce homo fulget in ore; sed si venti tribulationum insurgunt, vanus deprehenditur in opere. Ante pugnam sumus Leones, in pugna Cervi: Ausser der gefahr/ wie ein Löwe küen vnd frisch/ In der gefahr furchtsamer als ein Hirsch. Cœterùm non temeritas, sed fides & modestia coronant. Euseb. l. 4. Hist. Eccles. c. 15. In præcipiti pedem porrigit, qui mensurarum suarum limitem non attendit. Et plerunque ammittit, quod poterat, qui audacter ad ea, ad quæ pertingere non valet, arripere festinat, Greg. in homil. Fürwitz vnd Vermessenheit/ macht auch die gaistlichen Jungfrawen theüer.

Deci-

Decimum Ulcus, *Diffidentiæ usurpatio.* Ecce discipuli fateri coguntur, se nunquam fuisse cum defectu, & non pauci ex nostris ambulant sine prudentiæ cœlestis respectu. Habuimus usque ad hanc horam sacculum, peram, tunicam; sacculum ad condendum, peram ad perferendum, tunicam ad contegendum: Si non habuimus feram, tamen habuimus peram, si non loculum, attamen sacculum: si non vestem Damascenam, attamen tunicam. Natura paucis contenta: abhorret ab omni superfluitate: ne Creatorem offendat in appetenda nimia rerum omnium ubertate.

Undecimum Ulcus est, *Pugnæ detrectatio*: Petrus vult cum Apostolis & Symmistis imperare: sed cogitur cum illis militare. Gladium emere Salvator jubet; gladium non ferri,

sed verbi gladium ancipitem. Heb.4. sive δίστομον καὶ διικνούμενον, ἀχρὶ μερισμοῦ ψύχης τε καὶ πνεύματος. Christianorum vita, militia: 1. propter pugnæ necessitatem: pugnare necessum habemus contra Diabolum, carnis stimulum, vitiorum carnalium. 2. propter armorum æqualitatem, Ephes.6. 3. deficientiæ velocitatem: ut deficit citò militia; sic Christianorum vita. Quid igitur juvat detrectare pugnam, & in mundo velle occupare gloriam? Der heutige Beileßig ist nicht bóß daher.

Duodecimum & ultimum ulcus inveteratum, *est auxiliorum humanorum operosa & curiosa jactatio:* Potius hâc temporum facie, valet auxilium humanum, quàm divinum; plus colitur gladius impetus, quàm gladius Spiritus. Sine DEO consilium est, sine DEO bellum est, sed unà cõtra DEUM.

Ad

Ad Idumæos recurritur, ad Ismaelitas, ad Moabum, ad Agarenos, ad Gebal, & Ammon, & Amalech, ad alienigenos, cum habitantibus Tyrum, Psal. 83. Vox illa auditur: Ecce non duo gladii, sed tot populi hîc; omnes ad pugnam parati, omnes insigniter armati. Sed uti contra DEUM non valet consilium; ita nec tàm grandis concursus populorum. Satis est, si DEUM habemus, satis est, si Angelos, satis est, si causam bonam, satis est, si triumphum, satis est, si cœlum. Domine JESU, Salvator, præsta quod demisse postulamus; & satis erit nobis, quod à te singulariter exspectamus. AMEN.

Jubilemus exultantes,
Messiæ præconiis;
Laudem laudi cumulantes,
Vocibus precariis;
De Dracone triumphantes,
Ejus patrociniis;
Et crucem unà bajulantes,
Absq; tot suspiriis.

MEDITATIO XIII.

Ubi

VIOLARIUM II. in monte Oliveti, dici Lunæ accommodatum.

Esa. 43.

Laborare me fecisti in peccatis.

Augustinus, l. 14. de Civit. DEI. c. 9.

In quo verum erat hominis corpus, & animus verus, falsus non erat humanus affectus.

OLIVETI GLORIA CHRISTUS.

MAgna Christi lucta, magnus agon in Dominica passione, nunquàm non oculis subjiciendus. Antiquitùs Montes oliveti parietibus templorum, pingendò inserebantur. Saxo excisos adhùc templis vicinos intue-

intuemur: publicæ nostrarum Ecclesiarum preces, quas Litanias vocamus (vide libr. Becmanni de orig. L. Linguæ. p. 468.) per agoniam, & sudorem Christi sanguineum, implorant DEI misericordiam. D. Gerhard. in Harm. pass. p. 45. Es ist ein harter/ schwerer/ inner- vnd eusserlicher strauß/ den der HErr Christus am Oelberg außgestanden. Vischer. conc. 12. *Hic est dies Lunæ*: ist wol ein schwerer/ saurer Montag/ den Christus am Oelberg gehalten. Est dies admonitionis peccatorum, miseriæ, Dies Domini; insinuat nobis meritò sudorem Dominici sanguinis, sive historiam, ad Oliveti montem peregrinaturis. In hoc Lunæ violario, Fasciculi violarum septem habentur, quos devotè contemplabimur.

1. *Fasciculus continet Salvatoris egressum.* Egreditur hîc Creator, Re-

demptor, Magister: egreditur, qui per verbum ingreditur: egreditur, de quo Hymnus: Egressus ejus à Patre, regressus ejus ad Patrem; excursus ejus ad inferos, recursus ad sedem DEI. Egreditur, ut erat solitus: Consuetudo vetus, si bona, si laudabilis, non rejicienda; secùs, si mala, gravissimum est imperium malæ consuetudinis: magna vis consuetudinis: Pernoctant venatores, in nive, in montibus, uri se patiuntur: Consuetudo pascendi removet dubitationem maleficii. Unde egressus est Salvator? Non è finibus Tyri & Sidonis, sed è muris Hierosolymæ, Prophetarum interfectricis. Matth. 23. de die in templo docebat, noctu extrà urbem se continebat. Quò egressus est? Non ad Pharisæum, ut cum illo Panem frangeret, Luc. 14. sed ad Oliveti montem, ut ibi agonem sustineret. ἐκπορεύθη εἰς

τὸ

τὸ ὄρος, τῶν ἐλαίων. Ivit in montem Oliveti Salvator, non ascendit: locus enim, in quo captus fuit Christus, erat situs in pedemontis Oliveti. Lyra, Mons Oliveti sic dictus, quod multis consitus Olivis: imminet urbi ab Oriente; cœteris montibus altior, distans tantùm itinere Sabbathi trecentis stadiis, si à vertice, sive quinque si à pede occiduo, metiaris, ex Niceph. Celebris Christi 1. ascensione, Marc. 16. 2. Christi ingressione, Matth. 21. Matth. 26. ibi vestigia genuum, in cavato lapide apparuisse Causabonus scribit, Exerc. 16. ad Annal. Baron. Amœnissimus iste mons erat; oleis, palmis, ficis, aliisque consitus. Illuminatus noctu, à luminibus in templo accensis, de die à Solaribus radiis. Hat also vom Himmel / vnd auch vom Tempel Liecht empfangen / vnd darneben

des Liechts führung / nemlich das Oel gegeben. Darumb mag er billich der Oelberg heissen. Bünting. part. 2. Itinerarii sacri. p. 50. In hoc monte Hierosolyma valde conspicua. Schweiger / im Reißbuch. p. 308. c. 34. lib. 3. Situs hujus montis peramænus (verba Eureri, in Itinerario Palæstin. p. 63. è quo montes Judeæ, desertæ Arabiæ, mare mortuum, mons Seir, Jordanis fluvius, & planicies Hierichuntis, visu obiri possunt. Mons iste, uti dictum, ab oleo nomen habet; Oleum hîc rursùs ex violarum primo fasciculo conficiendum: Quod habet

1. *Vim laxativam*: Violæ leniunt & solvunt Mesuë: Sandæus, in Flor. mystic. p. 240. Ut Salvator egressus est ab Hierosolyma occidente: ita tibi, fidelis anima, exeundum à populo fidem Christianam rejiciente. Non omnis solitudo noxia: sed ea, quæ vel

ex

ex Melancholia, vel ex κακοζηλία. Si quis solitarius sibi imaginatur opinionem meriti, ille verè non potest sibi proponere exemplum Christi: Solitarius aut est Angelus, aut Diabolus: minus patitur avaritiæ, molestiæ, qui non potitur divitiis. Augustinus, de singular. Cleric. Solitudinem verè quærit, qui vult cum innocentibus vivere. Seneca, de moribus. Exeundum de Babylone, ne illi similes simus in acri castigatione, Apocal. 18.

2. *Vim confortativam*; quia suavissimi odoris. Ecclesia montem oliveti repræsentat: ut ille mons illuminatur tàm à Solis, quàm à Lunæ lumine: ita Ecclesia splendorem recipit, tàm à Christo justitiæ Sole, quàm à ministrorum sive Ecclesiastarum ordine. Ut in oliveti monte multæ sunt frugiferæ arbores: ita in Ecclesia multæ sunt animæ fideles, Psal. 52.

Zacharias Vates scribit. Oliveti montem in medio disrumpendum. Zachar. 14. hoc est, Evangelium, teste Luthero, in universo mundo prædicandum. Das ist nicht zu verstehen/ daß der Berg vor Jerusalem jrrdischer weise zerreissen solle: Sondern daß die liebe Apostel nach allen vier Orten der Welt sich wenden/ vnd sich also dieser geistliche Oelberg/ das ist/ Gottes Kirch auff Erden in alle vier Theil der Welt/ erstrecken werde. Tom. 5. Witteberg. Germ. fol. 43.

3. *Vim lenitivam:* Christus discipulos ducit trans torrentem Cidron, in montem oliveti. O solatium, ô pharmacum efficax! Mea anima, in hac vita torrentem Cidron habes: quam transire cogeris, sed non perpetuò ibi habitare. Torrentem Salvator transiit, & ita subitum citòq; defluentem tribulationem insinuavit. Simon

de

de Cass. Habes alteram illam vitam: ubi laborum refectio, doloris solatium, & veri luminis notitia. Hieron. in cap. 26. Matt. l. 4.

4. *Vim refrigerativam:* Si æstuas igne avaritiæ montem Oliveti conscende, & ibi ramos ex Oleis pete. Si æstuas febribus inimicitiæ, montem oliveti conscende, & ibi ramum ex oleis pete: Hol da schöne Oelzweiglin/ vnd sing friede bey Gott vnd Menschen. Ut palma, quæ pŏderi non cedit, victoriæ insigne; ita Olea pacis index: Cujus rei specimen columba ex arca Noe emissa dedit. Lemn. in explicat. Herb. Biblic. c. 5. p. 18. Oleam pacis arborē appellat Sidonius, quæ serenitas mētis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculū amoris, consortiū charitatis. Hæc est, quæ simultates tollit, bella cōpescit, iras cōponit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat,

inimicos concordat, cunctis est placita, nescit extolli, nescit inflari. August. Vide Cent. Emblem. 1. Camerar. p. 16.

Domine JESU, bone Salvator, tu verè saliens in montibus, Cant. 2. Circa oliveti montem, passionem tuam ordiri voluisti; quia oleum divinæ benignitatis, misericordiæ, symbolum, Ambros. serm. 14. in Psalm. 118. Verè benignus es, verè misericors: tu conscendisti montem oliveti, montem Calvariæ, æternæ gloriæ. Obsecro, da mihi cor benignum, in benefaciendo, animum constantem in moriendo, salutem æternam tecum perseverando. AMEN.

——hoc precio captivi cum redimũtur,
Agnoscunt, quali concluſi carcere, quovè
Obsessi morbo fuerint, quibus eripiẽdis.
Succum haut aliter potum nisi morte medentis. Ex Prospero.

MEDI-

MEDITATIO XIV.

DE DUOBUS VIOLARUM IN II. Violario manipulis.

Oratio multum justi valet. *Synach. c. 35.*

Præces & lacrymæ sunt arma Ecclesiæ.

HÆC VIS GRATA DEO.

ANima Christiana: Secundus secundi violarii fasciculus continet *Comitatum:* Salvator non solus contendit ad oliveti montem, sed secum recepit discipulorum gregem. Secuti illum sunt discipuli. Verè incubatrix gallina Christus; quæ pullos suos non abjicit, sed alis contegit: metuit enim, ne milvus adveniat, & illi pullum subducat. Discipuli sequuntur & obsequuntur. Discipuli sequun-

tur, non Pharisæi, non Herodiani; Discipuli sequuntur, non ut lytrotæ, sed ut passionis autoptæ: Solus enim Christus torcular calcavit. (μονόβατος) Esa. 63. Discipulorum nonnulli è longinquo Domini luctam intuentur, tres cominùs illam vident: Sic alii bibunt plus ex calice tribulationis, alii minus hauriunt. Omnes demensum suum, pro sapientissimi Christi Salvatoris εὐδοκία Psal. 75. Nemo igitur DEO contradicat, nemo murmuret, nemo quærat, cur huic modum crucis imponat, illi minus? Consilium hoc divinum est, occultum est, nec licet, te ruperis, tibi cognoscendum: Sic DEUS voluit, sic decrevit, sic immittit. Consilium illud occultum, sed non injustum. Benè discipulos Salvator sanguinis & corporis sui mysteriis imbutos in montē oliveti ducit, ut omnes in mortem ipsius baptizatos designaret,

ret, altissimo Spiritus S. charismate confirmandos. Lyra, in c. 22. Luc. Exinde conservam violarum perfice, quæ magnificè & mirificè corroborat: Antiquum Salvator obtinet. Ut olim Apostolos Inspectores voluit suæ passionis: ita nunc Evangelicos vult esse compotes sive participes intensissimæ tribulationis, συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει. Apocal. 1. adimplenda enim τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ, ea, quæ adhùc desunt passionibus Christi, in corpore ejus mystico. Coloss. 1. D. Gerhard. in Harmon. passion. p. 52. Nullus servus Christi sine tribulatione. Si putas te non habere persecutiones, nondum esse cœpisti Christianus: Si promissa Patris boni agnovisti, non times flagellari, sed exhæredari. Idem, in Psal. Sciendum enim, quod adversitas, quæ bonis objicitur, probatio virtutis, nõ indiciũ reprobationis. Parva

toleras,

toleras, si recordaris, quid biberit ad patibulum, qui te invitat ad cœlum. Cassiodor. sup. Psal.

Tertius secundi violarii fasciculus, est *imperandi stimulus*. Non obtumescit hic Salvator, sed præcipit: Quidnam? preces, voces, suspiria, vota. Orandum est 1. *Singulariter*: Quilibet enim, quàm exactè novit, calceus illum qua in parte molestet. Sic publicanus orat intra se, quia novit, DEUM esse supra se, Luc. 18. Dominus novit, ut singulorum corda; ita etiam singulorum vota: 2. Chron. 6. 30. 2. *Participaliter*: Orate pro vobis invicem, inquit Apostolus, Jacob. 5. Unusquisque oret Dominum, non pro se tantùm, sed & pro omnibus fratribus. Cyprian. serm. 6. de Orat. Publica & communis sit oratio: & quando oramus, non pro uno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus unum

anum sumus. Id. 3 *Unanimitèr*. Quò plures orant, eò magis placet Creatori precatio. Ubi duo vel tres in nomine Christi sunt congregati, ibi adfuturum se promittit Salvator: cur non in loco, ubi tot vel tot devoti oratores? Quod si duo ex vobis consenserint, ait Christus, Matth. 18. 19. Super terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis, à Patre meo, qui in cœlis est. Quod si duo unanimes tantum possunt, quid si unanimitas apud omnes esset? Cyprian. l. 4. Epist. 4. Certè Primitivæ Ecclesiæ Christianis unanimis illa precatio, cottidianum fuit obsonium. Coimus, inquit Tertullianus, in Apolog. c. 39. in cœtum & aggregationem, ut DEUM quasi manu facta in precationibus ambiamus: consurgimus communitèr omnes, & precationes profundimus, Just. M. in Apolog. pro Christian.

4. *In-*

4. *Instanter*: Orare jussi Apostoli, ne intrent tentationem: Tentatio ubique nobis obvia, à Dæmone, à carne, à scelere: tam diu Diabolus sopitum ignem sine ullis flammis occultat, donec duas faculas jungens, simul ambas accendat; & tam diu cessat, sævitiæ suæ tela supponere, donec sicut peritus venator, quod occisurus est, laquei vinculis alliget. Augustin. de singul. cleric. dum parvus est hostis interfice, ut nequitia elidatur in sermone. Hieron. in Epist. Non desinit antiquus hostis tentationum laqueos ubique prætendere, ut quôq; modo fidem credentium valeat corrumpere. Leo Papa. in sermon.

Ex his, *mea Anima*, perfice aquam salutarem: Ut isthæc ex violis confecta medetur genis, & columellæ vitiis: ita spiritualis valdè prodest in animandis & suscitandis desideriis ac suspiriis.

suspiriis. Quid prodest strepitus laborum si cor sit mutum? Si enim vox sine modulatione est quasi vox porcorum, sic oratio sine devotione est mugitus boum. Isidorus, l. de summo bono. 3. c. 8. Orationibus mundamur, lectionibus instruimur: utrumque bonum est, si liceat, si non licet utrumque, melius est orare, quàm legere. Idem. Oratio serenat cor, abstrahit à serenis, mundat à vitiis, sublevat ad cœlestia, reddit cor capacius & dilatat ad recipienda bona spiritualia. Cassiodor. super Psalmos.

Domine JESU, si amplius fari non possum, exaudi finale cordis mei desiderium. Wann ich nimmer reden kan/ So nim mein letzten Seufftzer an.

Mors tua, Christe, mihi vita est, victoria, regnum,
Labe mea morior, sanguine vivo tuo.

MEDI-

MEDITATIO XV.

DE QUARTO SECUNDI VIOLARII FASCICULO.

Cantic. 2. 6.

Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.

Consuevit Christus seorsim orare, ut nos erudiret, quietem & tranquillitatem in orationibus diligenter appetere. *Chrysost. homil. 84. in Matth.*

PENETRANT SUSPIRIA COELUM.

ANima *fidelis*, quarti violarii secundus fasciculus est, cœremoniarum in Oratione Salvatoris modus: 1. *Avellitur*, à turba, scilicet discipulis, quos propius ad locum Orationis adduxerat: rectè in orando avellitur, qui cubi-

cubiculum solus ingreditur: cubiculum tuum, mentis arcanum, animiq; secutum est. Ambros. l. 1. de Cain & Abel. c. 9. Non occulta domus, sed cordis nostri cubiculum ingredi, & clauso mentis nostræ secreto, orare ad DEUM jubemur. Hilar. can. 5. in Matth. Solch Kämmerlein hat jhm Gott selbst gebauet vnd geweihet. Ex Augustino, Psal. 67. Mart. Bohemus in spectac. pass. conc. 21. p. m. 226. Spirituale mihi constructum est pectore templum: In templo vis orare; in te ora, esto prius templum DEI. August. Tractat. 10. in Johann. Cubiculum est cor tuum, non carcer; aufer carceris nomen, & successum voca. Tertullianus, ad Martyr. Ubicunque sis, potes Altare tuum constituere: nihil enim locus prohibet, nec impedit tempus. Chrys. homil. 79. ad populum.

2. ad

2. *ad terram inclinatus*: Positis genubus oravit, supplicanti similis.

¶ Invenimus Oratores 1. consistentes, Aaronem, Num. 22. Servos Davidis, Psal. 134. Salomonem, 1. Reg. 8. Publicanum, Luc. 18. 2. Sedentes, ut Eliam, 1. Reg. 19. Mosen, Exod. 17. Davidem, 1. Chron. 17. Unde Tertullianus: Stemus honestè, stemus in timore DEI. in Apologet. c. 36. 3. genibus *innitentes*, Esa. 45. ut Salomonem, 1. Reg. 8. Stephanum, Actor. 7. Petrum, Actor. 9. Paulum, Actor. 20. Christum hoc loco. Ecce hîc DEI filius in terram cadit, veluti vermiculus: ecce supplex fit Dominus, cur humiliare se *nollet* servulus? Terra matercula nostra, hanc salutemus, hanc genibus piè demissis contingamus, & sic humilem affectum demonstremus. Solche gebärd ist ein anreitzung zur Demut/ vnd erinnerung/ daß wir

wir Staub vnd Aschen. Silberschlag. pass. conc. 5. pag. m. 336. in Postill.

3. *Precatur*: Quomodo? Christianos oratores esse convenit, non narratores, Hieronym. Patrem invocat Salvator: Cœlites non sunt invocandi. Major apud Ethnicos cœlitum populus, quàm hominum. Plinius, l. 2. N. H. c. 7. Solus DEUS invocandus, qui Pater noster est: nos sumus filii DEI, non naturâ geniti, sed gratiâ facti. Augustin. Epist. 54. ad Macedon. Pater est Christi naturâ, noster gratiâ. Theophyl. in c. 2. Johann. Pater noster est 1. propter creationem. 2. regenerationem. 3. sustentationem. 4. informationem. 5. castigationem. 6. exauditionem. 7. hæreditatis communicationem. Sub isto Patre sunt Dominus & servus, Imperator & miles, dives & pauper. August. serm. 135. de Tempore, Der HErr streckt sich da vor seinem Vater auff die Erden.

verba

verba Matthesii. in lib. de vit. Christi. part. 2. conc. 2. q. 5. fellet auff sein Angesicht / vnd setzet vnd weltzet sich recht im Staub vnd Aschen / wie die Leuthe pflegen / so da rechtschaffene Buß thun / vnd schreyet zu dem gerechten Gott / seinem lieben Vater. O Pater, ô Pater, esto pater, pater esto, rogamus. Titulus Patris pectus verberat, & postulanti, & postulantem exspectanti: es ist ein Wörtlein / das von Hertzen vnd zu Hertzen gehet. ¶ Voluntatem paternam suæ præponit Salvator. *Si vis*: non mea voluntas, sed tua fiat; non de Patris cœlestis omnipotentia dubitat, sed pro calice auferendo rogat. Si vis, ait, aufer calicem: quia DEI velle est ejus posse. DEO nihil impossibile, nisi quod non vult. Tertull. Orat ut verus homo, idq; ex omnium piorum more, oculos & animum à consideratione decreti divini paulatim avertit, & des-

& desiderium suum, quô æstuabat, in sinum Patris cœlestis deponit. D. Gerhard. l. d. p. 101. Aliâs quantùm distat DEUS & homo, tantum voluntas DEI à voluntate hominum. Augustin. in Psal. 82. Monothelitæ hîc pvofligantur: Christus enim secundum veritatem duas voluntates & naturæ ejus consentaneas, non autem adversantes possidet. Damascenus, de Orthodoxa fid. l. 3. c. 24. Voluntas naturæ divinæ subjecta maneat: licet enim natura nostra reluctetur DEO, tamen magis debemus obtemperare, quàm voluntatem nostram implere. Theophyl. in cap. 26. Matth. Attendamus voluntatem divinam. 1. in fide, quæ cum DEO non fallit. 2. in vitæ nostræ actione, quæ sine DEO deficit. Grande malum propria voluntas. Bernhard. sup. Cantic. serm. 71. 3. in precatione, quæ sub cruce crescit. 4. in cruce &

morte, in qua caro metuit. Fiat hîc & alibi divina voluntas. Persecutiones veniunt; fiat voluntas Domini; surgunt malorum & pœnarum procellæ, fiat voluntas Domini; ingruat mors, fiat voluntas Domini, quæ summum bonum est afflicto homini. Si vis, infer, tua, non mea fiat voluntas Domine: Hæc vox capitis, salus est totius corporis: hæc vox omnes confessores accendit: Hæc vox omnes Martyres commovit, Leo, serm. 7. de passione.

Calicem transire vult Salvator. Quid per calicem Salvator velit, veteres plurimum variant. Alii intelligunt de discipulis, hoc modo: *Transeat à me calix iste*, id est, quomodo à me bibitur, ita ab eis bibatur, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Hilarius, Canon 31. in Matth. Alii de Judæis, quasi pro iis Christus dole-

doleret. Origen. Tract. 35. in Matth. Postulat non timore patiendi, sed misericordia prioris populi. Hieron. in cap. 26. Matth. Sed calix simpliciter & propriè significat passionem, phrasi Scripturæ usitata. Jerem. 25. Thren. 4. Ezech. 23. Habacuc. 2. Matt. 20. Marc. 10. Hilarius colligit, Christum petere translationem roboris in bibendo calice ad martyres: sed etiam illud transfertur, quod aufertur: auferri vult Salvator calicem, ne sibi exhauriendus proponatur. D. Gerhard. l. d. p. 98. Cœterùm valde mirum, quod hîc miles fortior, quàm Imperator: Sanctus miles Regis dicit, cupio dissolvi & esse cum Christo. Paulus optat mortem, ut sit cum Christo, & ipse Christus timet mortem! Sed quid nisi infirmitatem nostram portabat, & pro iis, qui adhûc timét morté ista dicebat; membrorum ipsius vox erat, non capitis.

Auguſt. in Pſal. 2. Calicem epotat Salvator indicendæ crucis, & nos modicum exhaurire reſpuimus breviusculæ tribulationis. In calice hoc exhauriendo multum laboravit Salvator, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis autor conſumbſit. Bernhard. ſuper Cantic. ¶ Triplicem nobis hodieq; calicem Chriſtus infundit. 1. Calicem inebriantem. Pſal. 23. Bona Ebrietas poculi ſalutaris, quæ mæſtitiam peccaturis abolet conſcientiæ, jucunditatem vitæ infundit æternæ. Ambroſ. in explic. Pſal. 19. conc. 11. 2. Calicem in cœna ſpiritualiter & mirabiliter confortantem. Verè calix ille mirabilis, quia plenus Domini ſanguine: verè calix ſublimis, quia rutilat ſingulari ſplendore: verè calix utilis, quia nos participes reddit futuræ gloriæ. 3. Calicem verè caſtigantem, calicem tentationum, tribula-

tribulationum, anguſtiarum, paſsionum. Auguſtin. de V. D. ſerm. 18. Hunc prior bibit medicus ſanus, ut bibere non dubitaret ægrotus. Quid enim amarum eſt in tali poculo, quod ipſe non biberit.

Domine JESU, magne Salvator: tuum velle præcedat meum non velle, quia tuum eſt omne poſſe. Patrem tuum roga pro miſero peccatore, ut auferat propriam meam voluntatem, & det mihi tuam volendi facultatem: tranſire fac calicem tribulationis, & introduc in tabernaculum futuræ glorificationis.

Ex hiſce violis *Syrupum*, mea Anima, *confice*, qui ad Epatis calorem reſtinguendum facit: Si tribulatio fortior, ſi crux major, ſi paſsio durior, ex precibus & ſuſpiriis, ex violis & ſaccaro Syrupum confice, & habebis præſentiſsimum refrigerium in tribula-

tionis æstu atq; calore. Flectitur iratus voce rogante DEUS. Ovid. lib. 1. de Arte. Valentiores voces, apud DEI aures, non faciunt verba, sed desideria. Gregor. l. 21. moral. in Job. Orationis puræ magna est virtus, & veluti fidelis nuncius, mandatum peragit, & penetrat quò caro non pervenit, Augustin. super Psalm. 85.

Domine JESU, magne Redemptor, fac, ut orem frequenter, libenter, diligenter, ut sentiam opem tuam eminenter. Voce mea clamo ad te Dominum, ut mihi in cruce præstes refrigerium. AMEN.

Qui jacuisti mortuus
In petra, Rex innocuus,
Fac nos in te quiescere,
Vitamq; sanctam ducere
Succurre nobis Domine,
Quos redemisti sanguine,
Et duc nos ad suavia
Æternæ lucis gaudia.

MEDI-

MEDITATIO XVI.

De quinto SECUNDI VIOLARII Fasciculo.

Hebr. 1. Angeli sunt λειτουργικὰ πνεύματα, in ministerium emissi propter eos, qui hæredes erunt salutis.

Biel. Christus confortationem sucipit ab Angelo, qui Angelorum est beatitudo.

MEa *Anima*, Christiana anima, quintus secundi violarii fasciculus est *Præscius Angelus*. Dum Salvator cum portis infernalibus luctatur, Angelus luctantem consolatur. In quibusdam Græcis & Latinis codicibus Angeli mentionem nō fieri Hilarius asserit, lib. 1. de Trin. fol. 216. Quod

sanè factum in Arrianorum gratiam, qui Christi naturam impugnârunt divinam. Sanè historia ista authentica, & Evangelistarum præconio celebratur, exeat qui vult esse Thomas. Ecce Angelus Salvatori ὄφθη, apparuit: An species hujus Angeli fuerit visibilis nec ne, valdè disceptatur. Alii contrarium statuunt, innuentes, Angelorum corpora aërea & subtilissima esse, ideoq; sub aspectum corporalem non cadere: alii secùs volunt; & Angelum specie corporali in specie humana apparuisse scribunt. Lyra, in c. 22. Luc. Cœterùm quis ille Angelus? Ex verbo ἐνισχύων, satis probabiliter colligitur, fuisse hunc Angelum Gabrielem, cujus nomen significat θεὸς ἰσχύν, DEI fortitudinem. Mittitur hic ad Messiam confortandum, qui missus olim ad Messiam in carne annunciandum. Epiphanius in Ancorato

rato existimat, Angelum etiam à discipulis visum: Tutius autem statuitur, Angelum à Christo vigilante visum, non à discipulo dormiente. Christo Angelus apparuit de cœlo, non ex inferno. Plerunque aliâs spiritus infernales eò sunt inquietiores, quò vident homines ad mortem propinquiores: Sed hic Angelus de cœlo est, quia non sine solatio est: Salvator ab Angelo confortatur, non quod confortativum illi medicamentum attulerit, ut dari solet in deliquio positis, sed quod profundissimam Christi exinanitionem expressisset, quæ in perpetua esse memoria debet, singulis in Christum credentibus & perfectis. Vox ἐνισχύειν significationem habet interioris confortationis: Unde liquet, Christum ab Angelo confortatum ad debellandum hostes infernales. D. Gerhard. l. d. p. 76. Confortatur

tur Christus ab Angelo, non simpliciter glorificatur: Confortat Angelus non portat: Angelus non in se recepit partem oneris, quam bajulare debebant humeri Salvatoris. Non indiguit Christus Angelorum consolationē, sed consolando proprium ipsius robur ipsi attribuit. Epiphan. in Ancorat. hæres. 69. fol. 397. Gabriel Biel prolixam orationem recensēt, quam Angelus ad Christum habuisse putat. de pass. artic. 3. Potius illam sententiam devotioni, quàm veritati adscribimus. τὸ ἐνισχύειν, sustentare significat, confortare. Cogitari igitur potest, Angelum in forma humana apparentem, Christum humi jacentem erexisse, sanguineū sudorem absterfisse, verbis consolatum esse, & modis aliis nobis ignotis confortasse. D. Gerhard. p. 77. Angelus procul dubio Salvatori proposuit non tantùm futuram crucifixionem,

fixionem, sed etiam lætissimam illius cataſtrophen & reſurrectionem. Eſt autem hæc Angelica confortatio veræ humanitatis teſtimonium in Chriſto, qui infra Angelos in παρέχη ſua minoratus, licet ab æterno generatus: Die Creatur muß hie den Schöpffer tröſten/ der Schüler ſeinen Meiſter. Herberg. in Pſal. 8. p. m. 93. Minoratum paulò minus ab Angelis Salvatorem novimus, per humilitatem carnalis generationis atq; paſſionis. Auguſt. in Pſalm. 8. Vide Theatrum meum Angelic. part. 1. artic. 53. Creator creaturæ ſuæ non indiguit præſidio, ſed homo factus, ſicut propter nos triſtis, ita propter nos confortatur. Beda. Rogo te Angele, quem conſolaris? an ignorabas quis eſſet, ad quem conſolandum veniebas? Certè conſolator eſt, certè paracletus eſt. Bernhard. in feſt. Andræ. ſerm. 2.

Ex illo fasciculo, *mea Anima*, semen desume: Ut violarum semen morbo medetur comitiali, ex Plinio. Sandæus, in flore mystic. p. 232. sic Angelica confortatio prodest in morbo spirituali. Peccatum mater est ægritudinis, morbi filia: peccatum morbus comitialis est, à capite in membra transiens. Roman. 5. Unde crux calamitatis, miseriæ, angustiæ. Semen esto Angelica confortatio, quæ insinuet 1. naturæ humanæ in Christo veritatem; Verè Salvator homo factus, verè Pontifex tentatus in omnibus, (αὐτος περίκειται ἀσθένειαν) ipse circûdatus est infirmitate, Heb. 5. 2. Per confortationem Angelicam ostenditur, quod in Christo vera humanitas erat, quæ confortabatur contra tristitiam insurgentem, in parte sensitiva ex apprehensione mortis imminentis. Lyra, in c. 22. Luc. Adveniens

niens Angelus non convincit infirmitatem Christi: Creator Angelorum non eguit suæ creationis præsidio, Hilar. l. d. Angelica consolatio sive confortatio, est indicium extremæ & admirandæ exinanitionis filii DEI. D. Gerhard. l. d. p. 78. 2. Imitabilis confortationis dignitatem. Animo ægrotanti medicus est Oratio, Erasmus Chiliad. 3. cent. 1. adag. ult. Ecclesiæ ministri Angeli sunt, qui confortare debent: disces itaque, *mea anima*, non ad carnalem sive caducam consolationem recurrere, sed ad Angelicam, ad spiritualem, ad cœlestem. Bernhard. de sancto Andrea. serm. 1. Quilibet proximo sit non Diabolus, qui noceat, sed Angelus, qui reficiat, confortet, non oneret: Angelicam imitetur vocem, non Diabolicam sustineat vicem. 3. Angelicæ custodiæ promissam majestatem, si humana de-

sunt solacia, succurrunt Divina: Si homines nobis denegant auxilium, nobis succurrit Angelicum satellitium. Nec nobis Ecclesiæ ministris dedecus est, consolationem accipere ab inferioribus. Christus confortatur ab Angelo, Ecclesiæ minister sæpe necessum habet refici ab auditore devoto: Nos Ecclesiæ ministri homines sumus, carnem & sanguinem habemus: ubique affligimur, persecutiones patimur, tollimur. Præsens seculum nostrum est Olivetum: Si Angelus nos non confortat, si verbum DEI nos non animat, & auditorium nostrum nos non roborat; certè magnum & præsens periculum instat. Credimus attamen sanctos Angelos astare orantibus, offerre DEO preces & vota hominum. Bernhard. serm. 7. in Cantic. Angeli præstò sunt I. in vocatione laborantibus. Psal. 91. in choro, fo-

ro,

ro, toro, im Lehr/Wehr/ vnd Nehrstandt. 2. precantibus, psallentibus, diligenter admisceri sancti Angeli solent. Bernh. sup. Cantic. 3. agonizantibus: In Agone mortis aderunt nobis Angeli, modo seriis & ardentibus precibus apud DEUM instemus. D. Gerhard. l. d. p. 78.

Domine JESU, infirmus sum, angelum mitte, in cruce sum, defensorem præsta, in agone mortis sum, liberatorem redde, qui instillet constantiam, renovet patientiam, & communicet victoriam. AMEN.

Cum tristaris (solamen tristium)
Te solatur civis cœlestium,
Res miranda: solus dans gaudium,
Rex à cive sumit solatium. Hondemius Anglus.

MEDI-

MEDITATIO XVII.

ANGELI CONFORTANTIS PERORATIO, CARDIO-PLICTICA.

Verba tua dulciora ſuper mel & favum. Pſal. 19.

Angelus nomen officii, non naturæ. Gregor. in homil.

VERBA AUDI ANGELICA —.

AUdi, *mea Anima*, voces Angeli magnificas & mirificas, audi loquelam violis fragrantiorem & amœniorem. Vectes inferni confringeret, Diabolos abigeret, culpam interimeret. *Domine JESU*, Domine mi, ait Angelus, durum quidem te in conſiſtorium abduci; durum, te ibidem conſpurcari, conſpui, illudi; durum te flagellari, ſpinis coronari, ad crucem rapi,

rapi, à tuis conterraneis, à sacerdotibus, Judæis, populo, in hac urbe, ubi templum, focus & caminus, ubi promissa sacrificia, expiamenta. In festo tam celebri, ubi victimæ, laudes, triumfi, gaudia, tripudia? Nosti, quæ in Paradyso factæ sunt promissiones. ProtEvangelium est, Semen mulieris conteret caput serpentis, Gen. 3. quod non de calcaneo fœmineo, sed de semine fœmineo intelligendum, contra Bustamentinum Camerensem; l. 1. c. 12. de animantibus S. Script. p. m. 172. Verè tu semen mulieris, non viri; factus enim es caro, non ex virili semine, sed mystico spiramine: contritio, futura tua passio & crucifixio. Conterere debes tàm facilè Diabolum, quàm vermiculum: conterere debes caput, in quo suggestiones pravæ, tentationes periculosæ, tribulationes innumeræ; conterere debes caput serpentis, Gen. 3.

pentis, non illius qui terram lingit, sed illius, qui aculeum in fideles & electos tuos stringit: Juraſti ſemel, hoc te effecturum, & pœnitebit te nunquàm illius: defixiſti apud extraneum animam tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus: Fac ergo quod dixiſti, & temetipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui, Prov. 6. Iſacum noſti, Abrahæ filium, ut ille debuerat immolari: Sic definitum tibi, à Judæorum gente occidi; ſpirituali præſagio meum prævenisti conſilium, clamat Pater tuus ad Abraham; quod enim paravi pro toto mundo, tu jam deliberaſti in tuo filio: quod in unigenito meo diſpoſui, tu in unico tuo perfeciſti, unde benedicentur in te omnes gentes. Auguſtin. ſerm. 73. de tempore, tom. 10. col. 746. Joſephus, anne tui typus? Joſephi fratres de morte illius

illius tractaverunt, sicut Judæi te jamdudum crucifigendum statuerunt. Joseph exspoliatus suâ tunicâ, tu denudâtus eris in cruce posita. Joseph descendit in Ægyptum, tu venisti in mundum: Joseph salvavit Ægyptum à penuria frumenti; tu venisti liberare populum à fame verbi. Nisi Joseph venditus fuisset, defecisset Ægyptus, nisi tu crucifigereris, periret mundus. Augustin. l. d. serm. 81. Serpentem æneum ob oculos tibi pone: suspensus serpens æneus in contō, quiā tu suspendendus in ligno. Percussus à serpente, serpentem æneum respexit, & sanus evasit: humanum genus à spirituali serpente Diabolo percussum, in te credēdo respicit, & incolumitatem capit. Qui Diaboli vult vitare venenum, te, bone JESU, frequenter respiciat crucifixum. Annè memoriam exuisti Davidis tui? Is profligavit Longima-

gimanum perfundam, & signavit passionem tuam mox futuram. Jonæ historiam cape: non prius ille debuit prædicare, quàm cœpit maris fluctus superare. Si cupis, magne Salvator, sedere ad dexteram Patris, prius sufferre teneris sarcinam crucifixionis & amaræ mortis. Tot Veteris Testamenti sacrificia, holocausta, victimæ, quid aliud fuerunt, quàm passionis tuæ simulachra atque tesseræ. Debet jam per te compleri, quod decretum est ad salutem hominum. Hactenus, mascula, imò divina virtus fuit.

Eja, Creator maximè, Eja Dominator optime, Eja Redemptor certissime, præsta fortem te semper, nunc te decet, & fortia fortiter agere, & pati; imò te pati legem, quam tulisti, ratio jubet. Tu cum Patre & Spiritu Sancto hujus legis autor: Exequere igitur fortiter, quod decrevisti graviter. Facies

cies sic Patri magnum gaudium, Satanæ cordolium, Electis refrigerium: Nec perpetua erit crux tua, passio tua. Subsiste paulisper: ibit post pluvias una serena dies. Solventur dolores inferni, Philip. 2. finientur passiones animi, coronaberis honore & gloria, Psal. 8. cum remotus fueris ab omni penitus angustia.

Macte animo, *sancte JESU*, sic exspoliaberis principatus, triumphabis resuscitatus, regnabis ad dexteram Patris ineffabiliter elevatus: eris morti pestilentia, eris inferno violentia, eris Legi terror, eris Diabolo victor, qui te quidem lædet, sed non vincet, calcaneum tanget, sed non caput impetet. Tanget calcaneum, quando nunc exuere debes carnis amictum: bibes nunc de torrente in via, sed habebis caput exaltatum in gloria. Si desertus eris à populis, cinctus tamen

es

es tot mille Angelis : Nos ministri splendidi cum admiratione tuos dolores aspicimus, profundam tuam humiliationem agnoscimus, sed servitium nostrum tibi non eripimus.

Magne Pastor, quid doles? quid tristaris? accingere gladio tuo super femur tuum, Psal. 45. intende prosperè, procede & regna : propter veritatem & mansuetudinem & justitiam : & deducet te mirabiliter dextera tua. Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini, consurge, sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum ; nunquid non tu percussisti superbum? vulnerasti Draconem? Esa. 52. leva manus tuas in superbiam hostium impiorum ; quantum malignatus est inimicus in sancto?

Semen Violæ Scorpionibus adversatur : Isthæc Angelica peroratio Dæmonibus

monibus refragatur : Impossibile enim est, illum à Dæmone seduci, qui verborum Angelicorum nunquàm non contendit recordari. Sunt Angeli verba, verba vitæ, verba gloriæ, verba magni momenti, nullius tormenti, perpetui refrigerii.

Domine JESU, obsecro, Si Ecclesiæ Angelum non amplius audire possum, tuæ passionis mysterium mihi ingeminantem, mitte de cœlo Angelum, isthoc in agone mihi fortiter & firmiter instillantem : ne deficiam in fine, quem redemisti tuo sanguine. AMEN.

Quos Anguis dirus peccati fulmine stravit,
Hos serpens mirus venerando sanguine pavit,
Et sordes hominum sine nummo & fœnore lavit.

O quàm

O quàm grande decus miseris dux iste creavit!
O quàm multiplici nos cunctos dote beavit!
Hoc fecit, quia nos immundæ sortis amavit.

MEDITATIO XVIII.

De Sexto & Septimo VIOLARII SECUNDI Fasciculo.

Esa. 63. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimentum, sicut calcantium torcular?

Hilarius, l. 10. de Trinit. Sudorem Christi nemo infirmitati audebit deputare, quia contra naturam est, sanguinem sudare.

IN

IN SANGUINE VITA.

ANima *Christiana*, prius Christum Salvatorem Angelus confortare debuit, quàm agoniam subiit, & sudorem sanguineum emisit: in agoniam venit, in qua mortem devicit. Quis inquam, cum morte conflixit, & non succubuit? Ne Hercules adversus duos: Sed hîc Christus adversus vel mille hostes.

Notetur hic 1. *mortis imperium*. 2. Cicero mortem naturæ finem vocat, non pœnam: sed cœcus de colore judicat. Er redt wie der Blinde von der farbe. Boëmus im Paßionsspiegel/ part. 1. conc. 31. pag. 330. Acre stipendium peccati, Rom. 5. Si peccata non præcessissent, procul dubio mors secuta non fuisset. Augustin. de verb. Apostoli, serm. 33. Mors 1. corpus adfligit, Kranckheiten sind des Todes vordrab: ex nostro corpore tot exi-

ſtunt malorum mala, ut nec libris Medicorum cuncta ſint comprehenſa. Auguſtin. de Civ. DEI, lib. 22. c. 22. mortem circumferimus in viſceribus noſtris. Plutarch. in Epiſtola conſolatoria ad Apollon. 2. Corpus & animam ſolvit, unde homo mortem formidat: Si animalia, quæ ita creata ſunt, ut ſuo quæque tempore moriantur, mortem fugiunt, vitam diligunt; quantò magis homo, qui ſic creatus fuerat, ut ſi ſine peccato vivere voluiſſet, ſine termino viveret, Auguſtin. de verb. Apoſtol. ſerm. 32. 3. Temporalia eripit: opus mortis horrendum divortium. Bernhard. ſuper Cantic. ſerm. 26. Perſonis mors non parcit, non loco: ſed tamen exoptatior morte æterna, ubi perpetua dominatur carnificina.

Notetur 2. *Salvatoris cum morte duellum.* Illud fuit 1. ſingulare. 2. mirabile,

rabile. 3. utile. Moribundi ne membrum tangere sive levare possunt. Oculi franguntur, lingua titubat, aures obsurdescunt, cor palpitat. Das Hertz im Leib windet vnd wendet sich. Salvator in terram procidit, oculis sensim deficientibus: Qui morti approximât, sine subsidio non relinquuntur: lectulus ipsis valdè mollis substernitur: Sunt qui curam horum habêt, sunt qui medicinam apportant. Sed Christus terram prosponda, inimicos pro curatoribus, dormientes pro ministris habet.

Notetur 3. *duelli commodum*. Hic 1. mortem vicit: Mors Christianis somnus est, ludus est, non carnificina; mortem piè obire nihil aliud, quàm vestimentum exuere. 2. fideles fortes reddidit: quantò major fides, tantò imbecillior mors, Luther. in c. 5. Gen. tom. 6. Latin. fol. 85. vitam 3. restituit. Justus, licet mor-

tem non cavet, tamen non pavet. Bernhard. Epist. 105. Ejus est mortem timere, qui ad Christum nolit ire. Cyprian. l. 4. de immortalitate. Fides expellat hîc dolorem. Augustin. de verb. Apostol. serm. 33.

Salvator ἐκτενέστερον *orat*; quia mons Oliveti è regione templi Hierosolymitani directè oppositâ fuit situs. Cogitari potest, Christum in precibus faciem suam convertisse ad templum, in quo olim fuit Arca fœderis. D. Gerhard. l. d. p. 93. Preces has integrum horæ spacium durasse nonnulli volunt. Pari ratione nobiscum crescat devotio in precibus: Si angor geminatur in castigationibus, sicut fermentum massæ farinaceæ subactum, paulatim eandem attollit: Sic fervor spiritus mentes nostras in precibus ad DEUM elevare debet, ut instanter & devotè oremus.

Salvator

Salvator guttas sanguinis sudat, θρόμβος αἵματος, καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν. Sanguis ex toto Christi corpore largiter fluxit, & ex frigiditate aeris in grumas concretus, in terram decurrit. Historiæ quidem nonnullæ, quosdam sudore sanguineo perfusos volunt, Ex Florentino Leudano scribit A. Libavius, in singul. p. 2. tract. 5. de metamorph. sang. Virginem quandam, cum à militibus nonnullis strictis atque denudatis gladiis invaderetur, repentè sanguinem sudasse, & interiisse. Maldonatus in c. 26. Matthæi refert, Lutetiæ Parisiorum hominem robustum & benè valentem, audita in se capitali sententia, sudore sanguineo perfusum. De Scanderbego Heroë commemoratur, quod ex commotione spirituum, & fervore sanguinis, ex labiorum venulis, guttulæ quædam sanguineæ

proruperint, quoties in aciem progressus est: in Christo

sanguineæ manant, tanquam de vulnere guttæ.

Causa verò sudoris sanguinei in Christo alia: cum in illo agonia esset prolixior, tanta facta est resolutio, ut nec cor, nec venæ, sanguinem retinuerint. Ut gravior sarcina imposita, sudorem exprimit: ita pondus peccatorum, iræ divinæ, mortis, Satanæ, grumas istas sanguinis effecit, & quemadmodum intensior æstus largum sudorem; sic æstus iræ divinæ expressit sive elicuit Christo sanguinem. Certum est, Christum verum sanguinem, non αἱματώδης aliquid desudasse: particula enim ὡσεὶ, non similitudinis est, sed veritatis. Si Christus potuit dolere, utique etiam potuit sanguinem sudare, & consolationem Angelicam admittere. D. Gerhard. p. 70. Annotant

tant nonnulli ex Egesippo, natum ex concretione sanguinis hujus, arborem, in foliis habentem hæc describta: ô mors, quam amara est memoria tua. Bosquier. in Theatro patient. conc. 15. p. 175. Sed hæc incerta, miranda sanè, si vera. Caro CHRISTI velut inter duas occursantes invicem molas, pressum hunc sanguinem dedit; sicut postea mortuum, lanceaque percussum corpus, aquam sanguine mixtam, ubertim fudit.

¶ Assistat hic devota anima, & cogitet. 1. Christi luctam & miseriam gravissimam. O Dulcissime Domine JESU, quanta fuit passionis tuæ acerbitas, cujus adhûc absentis distincta apprehensio, ita horrendè naturam concusserat, ut sudare sanguinem cogeretur. Biel. 2. gloriam valdè immensam: Te pro-

prio sanguine Filius DEI comparavit, & antequam hoc factum, sanguinem desudavit, & sic pacem æternam sufficienter assignavit. 3. gratitudinem meritissimam: Si non potes emittere lachrymas sanguineas, elice lachrymas aqueas. Kanstu nicht blutige thränen weinen / so weine Wasser. Cæterùm, cur sudare sanguinem Christus voluit? 1. in veræ humanitatis testimonium: ab incorporeis non procedit sudor. Epiphanius, Hæres. 69. nec sanguis, nec sudor, nisi in corpore est. Cicero, de divinat. l. 2. fol. 120. In sudore hîc apparet verum in sanguine precium, in decursu sufficientia. Si quis confitetur, verum hominem, quem Christus assumpsit, non verè lacrymatum esse, & sanguinem sudasse, anathema sit. Athanas. l. 6. de beatitud. Filii DEI. 2. in nostræ liberationis indicium: Terra purgabatur, quia Domini

mini sanguis stillabat super eam. Augustin. serm. 130. de Tempore. O der seligen Erdstäublein / auff welche die heilge Blutströpfflein sind gefallen / von dem heiligen Leichnamb. Ach süsser HErr JEsu / laß mein Hertz auch ein solches seliges Erdstäublein seyn / auff welches falle / nur das aller kleineste Schweißtröpfflein deines heiligen vnd köstbarlichen Bluts / so werde ich in Noth vnd Todt kräfftiglich gestärcket. Hiller. in amore crucifixi. meditat. 17. pag. lit. T. Si Pagani magnifecerunt sudorem gladiatoris, cur nos Christiani non appeteremus sanguinem Mediatoris? Ex quo 1. habemus satisfactionem: Empti sumus precio non parvo, 1. Cor. 6. 2. Medelæ demonstrationem: Der Bluetschweiß Jesu Christi ist vnser Schweißtrücklein. 3. refectionem: quia sanguis Christi exurit, abstergit, & à nobis

cadere facit fontes formidinis. Theophylact. in c. 22. Luc. Dicamus itaque: Per sudorem sanguineum,& agoniam tuam miserere nostri Domine: Die blutige Schweißtröpfflein deß lebendigen Sohns Gottes/ sollen wir in diesem Kampff/ mit glaubigen Hertzen/ als in ein h. Monstrantzen einfassen. Matthesius, de vita Christi, part. 1. conc. 2. p. 7. Habemus in sudore Christi 4. informationem: Non est viri timere sudorem. Senec. l. 3. Epistol. 31 Thabemus sudorem 1. officii, den Ampts Schweiß. Sudandum etiam pro communibus commodis. Cyrus milites suos est adhortatus, ut non prius ederent, quàm sudassent. Alexand. ab Alexand. l. 1. genial. dier. c. 20. O quem sudorem Christiani perpetimur, quem laborem? cum conamur ascendere colles, & montium vertices? Quid ut ascendamus cœlum?

Cypria-

Cyprianus, de habit. virginum. Habemus 2. sudorem Martyrii: Quid est de toto corpore sanguinis effluxio, nisi de tota Ecclesia Martyrum passio? Augustin. in enarrat. Psal. 140. 2

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cœpit,
Sanguine succrevit, sanguine finis erit.

Plures Evangelici efficimur, si ab adversariis metimur: Semen est sanguis Christianorum. Tertull. in Apologet. c. 46. Habemus 3. sudorem mortis: 3 quem facit caloris exstinctio, earum partium, è quibus sudor emanat, Galen. 4. aphorism. 37. Ex hisce patientiam & constantiam perdisce: Sudor ille mortis æternùm te non invadet, sed ad vitam æternam perferet.

¶ Septimus Violarum fasciculus est, ¶ expergefactionis Methodus. Christus

surgit à deprecatione, ad discipulos venit, dormientes invenit præ mœstitudine. ἀπὸ τῆς λύπης. Audierant tristem prædictionem scandali, viderant Christum pavescentem ac trepidantem, in monte Oliveti: præ mœrore itaque incidunt in somnum. Ut Jonas præ mœstitia obdormivit, intelligens suâ causa gravissimam tempestatem in mari exortam: ita discipulus somnum capesit, audiens vocem Christi in monte Oliveti graviter emissam. Quod reversus Salvator discipulos repperit dormientes, ostendit, absentiæ suæ tempore, plures somno quodam fidei detinendos, Hilar. conc. 31. in Matth. *Ait ille, quid dormitis? surgite & orate, ne intretis in tentationem.* Lethargus hic nostro seculo communis morbus est, in Pastoribus, in Magistratibus, Oeconomis: Omnes ferè dormiunt, omnes adversario-

fariorum molitiones, technas, fraudes, negligunt. Quid dormitis Ecclesiæ ministri? Sunt qui vobis Exilium procurant. Vigilate & orate: Quid dormitis Reipubl. rectores, Magistratus? Sunt, qui bona vestra Ecclesiastica desiderant, Vigilate & orate: Quid dormitis Oeconomi? Sunt qui vestram vestrorumq; religionem intentant. Vigilate & orate: Tentatio præ foribus est, ruina præ foribus est, comminatio præ foribus est. Hannibal vester ad portas est. Vacate orationi, ne locus detur futuræ tentationi.

Ex hisce geminis violarum fasciculis, mea animula, acetum confice, & inde animum recipe, ad sudorem abstergendum, lethargum exuendum, tentationis malum devincendum.

Domine JESU, Patior, fac me semper & ἐκτενέστερον orare: in laboribus ad sudorem usque crucior, non desine

luctantem sublevare: Ecce nunc morior, perge quæso Satanæ tentationes dissipare. Hoc acetum meum sit in extremo mortis deliquio, ut tecum sim perpetuo in refrigerio. AMEN.

Cum non sentit amoris gladium
Cruor, carnis rubricat pallium,
Amor vires vincens amantium.
Carnis florem facit rosarium
Cœlum carnis stellatur sanguine,
Stellæ micant stellarum ordine.

MEDITATIO XIX.

De Octavo VIOLARII SECUNDI, atque ultimo Fasciculo.

1. *Petr. 2.* Cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem judicanti se injustè.

Non

Non habitat Spiritus S. ubi furor. *Chrysostom. homil. 30. ad populum Antiochen.*

BEATI MITES.

ANima fidelis, Octavus violarii secundi fasciculus est in Christo benefaciendi animus atque affectus, quem exhibet 1. erga discipulum osculantem. Prodit magistrum, non peregrinus, sed familiaris: Prodit Apostolus, non lorarius; prodit & magnificat hîc supplantationem, qui magistri sæpius accepit fideliſsimi informationem, ex viro pacis fit vir proditionis, Psal. 41. Adhûc Christo loquente; adhûc Christo discipulos ad vigilantiam permovente; ecce turba, ecce populi multitudo, quæ pronior ad spectandũ nova, quàm ad cõservandũ vetera. Ecce cohors militũ, ecce manus armata, ut vel teneret, vel etiã repugnaret, si quis

si quis Christum defendere auderet, Augustin. tract. 112. in Johan. Ecce στρατηγὸς templi præfectos, ex arce Antonii templo vicina: Wo man Christum fahen sol / lauffen Geistliche vnd Weltliche zu / Bischoff vnd Bader. Ecce Judas ὁ λεγόμενος, qui bonum DEI verbum, & virtutes futuri seculi gustaverat, Heb. 6. 4. non solum ad hostes Christi deficit, sed etiam Salvatorem prodit; vim nominis sui amisit scelere, quia seductus erat à Dæmone. Ecce Judas ex duodecim, non inter duodecim, excidit enim Ἀποστασία, ut abiret in locum suum, Act. 1. hoc est, apostasiam commisit: Cœperat Spiritus S. regenerationem & renovationem ipsius in Judæ corde, sed remanebat aliquid in eo de carnis vetustate.

¶ Ut Christus à proprio suo discipulo in manus hostium traditur; Sic verbum Evangelii à falsis fratribus nunc maximè

mè oppugnatur. D. Gerhard. l. d. p. 127. Mali Tyranni, pejores, hæretici, falsi fratres pessimi. B. Lutherus. Judas hîc fit ὁδηγὸς militum, & velut canis sagax venaticus cervam matutinam quærit. Als ein alter Jag-Spür vnd Bluthund / suchet er die edle theure Hündin: vnd wird also des Teufels vordrab. Appropinquat Jesu, exteriùs, deviat ab ipso interiùs. Quidam Christo vicini, non mentibus, sed pedibus: appropinquat Judas, ut oscularetur, non ut laqueus magistro injiceretur. Ad osculandum se venisse simulat, non ad trucidandum. Consuetudinis fiat maximè, in illa simplicitate antiquorum, ut propinqui propinquos oscularentur. August. quæst. 87. in Genes. Vel 1. in discessu. vel 2. in reditu. 3. vel in reconciliatione mutua. 4. vel in plantanda concordia, & charitate fraterna. Tertullian. lib. de

orat.

Orat.p.793. Osculum vocat orationis signaculum. 5. vel in exhibenda subjectione & reverentia, hoc osculo abusus est proditor: tale dat signum osculi, cum veneno Diaboli. Hieron. per mille osculi blandimentum, execrabile infigit jaculum. Ruffinus, in expositione symbol. apud Cyprian. p. 571. ¶ Quid adhæc Salvator? mitis est columba, non garriens cornicula: ait: Juda, osculo filium hominis prodis? Nominat: quia ex confessore factus desertor, ex Prædicatore proditor: nō meministi nominis tui, quod impositum tibi, in memoriam Messiæ ex posteritate Judæ nascituri? Sic instrumento pacis mortem irrogas. Servus, discipulus, dominum, magistrum, verberas? Venenum infundis osculo quô gratia charitatis infunditur, quô pacis insigne demonstratur, quô amicitia fides, firmatur, quô fides sancta signatur.

tur. Tradisne homo filium hominis, qui propter hominum salutem descēdit de cœlis? Osculo prodis eum, qui tuus Pater, per Creationem, tuus Dominus, pet Conservationem, tuus Servator per Redemptionem, tuus Magister per institutionem, tuus Judex per retributionem. Ex Ambros. in Psal. 39. D. Gerhard. l. d. p. 153. O maximæ φιλανθρωπίας exemplum! Si Christus tàm leniter tractat Satanæ organum, quantò magis erit benevolus & mansuetus ergà infirmum? Quem hominē non his verbis leniisset, quem ejusmodi ore ad pietatem non flexisset? quam belluam, aut quem adamantinum lapidem non commovisset? solus ille Judas carnifex flecti non potuit. Chrysostom. Aber Judas Hertz ist vom Teufel geschendt/ vnd geblendt. Matthes. l. d. conc. 3. Der noch viel gifftiges Geschmeiß vnd Kinder hinder sich gelassen.

Inte-

¶ Interim prodi à discipulo Christus voluit, 1. in spontaneæ passionis significationem: fugere proditorem noluit, sed illi appropinquare. 2. in populi sui detestationem: qui labiis Christum honorabat, corde blasphemabat. Esa. 29. 3. Voluntatis suæ demonstrationem: non enim vult mortem morientis, sed vitam convertentis, Ezech. 18. 4. Vaticinii Prophetici impletionem. Psal. 41. 5. Osculi conversionem, ut osculum iniquitatis converteret in osculum charitatis. Luc. 15. 6. Hypocritarum confusionem; qui cœnam Domini acceperant, sed indignè, sed infructuosè, sed malignè. 7. Patientiæ insinuationem: Patientes simus in ictibus falsorum fratrum, sicut nobis Salvator reliquit exemplum. Crapulam & capitis gravedines, impositis coronis, olfactu, violæ discutiunt, teste Plinio.

Mani-

Manipulum hîc violarum recipe, & fronti impone: Vapores discutient inde exhalantes: qui sunt tot Judæ fratres, in fidei ac religionis desertione, in simulatione, in fucata verborum emissione: Crapulam in capite alis, si propter hos Judæ fratres animam ejicis. Fraus cum omnibus fœda est, tùm verò in iis, qui majori dignitate sunt præditi, fœdior quàm aperta violentia. Thucydid. de bello Peloponesi. lib. 4. fol. 310. Maledictus, qui calidum & frigidum uno ore efflat. Vide Erasmum, Chiliad. 1. centur. 8. adag. 30. Quid obsecro de illis statuendum, qui sanctionem pacis religiosæ pragmaticam, à sacratissimis Impp. justè stabilitam, à serenissimis Imperii Principibus, jam per aliquot secula, continuatam, moratoriam tolerantiam, imò nullam esse denotant. Quid obsecro de illis Pseudopoliticis statuendum; qui

qui familiaritatem & reverentiam verbis, gestibus & genibus simulant, sed dentes leoninas pectore occultant. Der Mund sagt: Ich grüße dich/ das Hertz: der Teufel hole dich. Quod axioma planè Judaicum & Satanicum jugulat fidem, charitatem, pietatem, imò totum Christianismum, & cœlestium desiderium. Quid, obsecro, de illis hominibus statuendum, qui ore aliud prolatum, aliud pectore clausum retinent. Dispereat illa Judæ progenies, quæ jacturam infert Ecclesiæ, curiæ, Oeconomiæ, privatæ vitæ: Interim his osculis iniquorum non subtrahemus genas, sed patienter feramus osculo tactas. O signum sacrilegum, ô conventus nefarius: ô placitum puniendum, ubi ab osculo incipitur bellum, & per pacis indicium rumpitur pacis sacramentum. Chrysostom. Amicitiæ signis utuntur

tur proditores, ut eorum dolus latentius peragatur. Ambros. Cessa simulator, abscede proditor.

— ore ora premis, melliq; venenum
Inseris, & blanda Dominum sub imagine prodis.

De osculorum generibus vide D. Hartman. Brunon. Paßions Predigten. part. 2. conc. 4. p. 242. & osculologiam meam Theologico Philologic: &c. Quilibet Christianorum eò contendat, ut DEO porrigat osculum charitatis, non iniquitatis. Daß er Gott ein Lieb- vnd Glaubens Kuß/ vnd nicht ein Judas Kuß gebe. Arndt. in conc. 7. pasional. pag. 310. part. 1. Postill. Si violas has capiti imponis, oppidò crapula desinet vindictæ, impatientiæ, μικροψυχίας & angustiæ.

Domine

Domine JESU, osculantium hodiè seges uberrima, sed candidè osculantium cohors exigua. Obsecro libera me ab iniquè osculantibus, & refice me Angelis circà me diligenter excubantibus: Candidum me redde, non callidum; elegi potius in mundo habere simplicitatem columbinam, quàm calliditatem vulpinam, & immanitatem leoninam: non esse cupio inter fratres Judæ, qui simulant; sed inter fratres Messiæ, qui veritatem & candorem amant: ut fiam aliquando verè & perfectè candens in numero Electorum, non in inferno nigricans in cohorte damnatorum. Satanas niger est, hunc tu Christiane caveto. AMEN.

Si honoras, O dulcis Domine,
Inimicum amici nomine,
Quales erunt, amoris carmine
Qui te canunt modulamine?

MEDI-

MEDITATIO XX.

Ultimos VIOLARII SECUNDI Fasciculos continens.

Deut. 32. Mihi vindicta, ego retribuam.

Nihil potentius homine credentê, & orante. *Chrysost.*

DEmonstrat, *Mea anima*, Salvator benevolum affectum, & regit discipulum vindictam cogitantem. *Videntes autem hi*: quinam? discipuli, qui individui Salvatoris comites, qui à latere illius nunquam discedebant. Quid illi? τὸ ἐσόμενον, prævidentes, dixerunt: *Domine, percutiemus ne gladiô.* Vim vi repellendam existiman-, & duobus gladiis fortè satis obtusis, armatam exercitatorum militum cohortem adoriri tentant. Sed ut si-

ne DEO nihil valet consilium; ita sine Christo nullum est defensionis medium. Die arme Jünger dencken/ Sie haben des Krauts auch. Boëmus, in spectac. pass. conc. 41. p. 447. Unus ex discipulis percussit servum principum sive sacerdotum, & amputavit auriculam ejus dextram, ὤπιον δεξιὸν. Ille Petrus erat, cœteris confidentior. Videt servulum Pontificis præ cœteris ipsum invadentem: ideò gladium educit, sive machæram. Machæra nomen generale est, tàm gladium, quàm sicam notat, imò cultrum etiam. Qualis iste gladius Petri, incompertum est. Chrysostom. homil. 85. in Matth. & Theophylactus. Laniorum cultrum fuisse putant, ein Prarfelder/ oder ein Metzgermesser; ad partiendum Agnum Paschalem accommodus. Cyrill. in Johann. lib. 11. c. 35. gladium Petri fuisse putat pro amo-

amovendis in Palæstina bestiis, quarum ibi numerus non parvus. Lyra piscatorium gladium vocat, es sey ein Fischers Plotz gewesen. Gabriel Biel unum ex duobus fuisse scribit; de quibus Apostoli; *Ecce duo gladii hîc.* Sed quid juvat in re minus scitu necessaria, tempus terere? Hoc gladio Petrus servulum Pontificis impetit. O magnum delictum! famulum ferire Sacerdotis, quem multi colebant instar numinis! Feriebat Apostolus pro magistro, & rem decidere vult gladio: intendit famulnm interficere, vel certè graviter vulnerare, caput invadit, & aberrat, subduxit ab ictu providus ille caput servus, pro gutture diripit aurem illi Petrus. Per hanc abscissionem auriculæ, signata procul dubio abscissio & ablatio regalis & Pontificalis Sacerdotum eminentiæ. Me-

ritò dexteram auriculam perdit, qui aurem suam à Christi concionibus nunquam non avertit, & ad sanguinolenta Domini sui mandata convertit: Homini magis, quàm DEO obtemperavit, meritò igitur eô ipso corporis instrumentô luit, quô deliquerat. D. Salomon. Gesner. in Histor. pass. c. 3. p. m. 150. Der Pfaffenknecht hat linck gehöret / darüber wird jhm billich das rechte Ohr abgehawen. Sed quid adhæc Salvator? *Sinite hûc usq.* Quæ verba, Petri factum non probant, sed Apostolorum quæstionem propositam enervant. Dicere vult Salvator: *Sinite usq. hûc*, satis est usque hûc: permittite eis sævire, quousque fuerit divinitùs permissum. Laß sie doch so ferne machen. Defendenda enim religio, non occidendo, sed moriendo, non sævitiâ, sed patientiâ, non scelere, sed fide. Lactant. l. 5. divinar.

divinat. institut. c. 20. Illa enim malorum sunt, hæc bonorum. Et necesse est bonum in Religione versari, non malum: Nam si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur atque violabitur. Violaceus color assignatur in Ecclesia Prælatis, teste Sandæo, in flore mystic. p. 209. ut quoties togæ suæ violam intuentur, meminerint, se imitatos esse Christum. Cum Theologiæ Doctor inauguratur, ipsius capiti pileus violaceus imponitur, ut discat, sibi incumbere prædicationem, non dominationem. ¶ Salvator hîc Petrum non ferire jubet, sed gladium recondere: auriculam amputatam sanavit, non vulneravit. Nitimur in vetitum semper: Christus jubebat Petrum prædicare, & ille vult vulnerare: ferrô rem decernere vult, non verbo; pileum gestare vult sanguineum,

non violaceum; Prælatus vult esse non Apostolus. Ein Geistlicher aber sol nicht seyn geschwinder mit der Fuchtel/als mit der Schreibfeder/Boëmus, l.d. p.455. Nequaquàm tamen Christi verba Magistratui gladium eripiunt. Sed eidem illum potius tradunt. D. Gerhard. l. d. p. 168. Pontificibus; gladibus non utendus, sed Regibus porrigendus & Magistratibus; quibus Lege DEI fas, gladio uti, in necandis malis. Privato ad sui defensionem jure naturæ, quô vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ conceditur. Bosquier. in Theatro passion. conc. 20. p. 221. Interim non est Apostolicum, ferrum ferro repellere, nec enim ad eum modum vitari potest malum; sed fit, ut mutuis injuriarum vicibus, sine fine propagetur malum. Ex Erasmo. Qui Ecclesiastes gladium materialem accipit, sicarius est, non CHRISTI vicarius,

carius, non pastor, sed impostor: regnum enim CHRISTI, quia non de hoc mundo, ideòque neque acquisitum, neque defendendum gladiò. D. Röber. in Labyrint: variar. opinion. de potestate R. P. thes. 98. An. 1629. edit. ¶ Etiam Medicinæ Doctores ornantur humeris epomide violacea: Adi illos, *mea Anima*. Porrigent tibi fasciculum violarum ad suffflammationes extinguendas. Ira furor brevis est, calor magnus, per quem mansuetudo ammittitur, supernæ imaginis similitudo violatur, ex Gregor. Iratus intempestivè extra zelum, quòvis cane ferocior, quovis urso, in lustris agente, sævior. Basil. Hexaëm. serm. 10. rabiê ut canis fertur, pungit ut Scorpius, mordet ut serpens. Bernhard. in Psalm. 91. serm. 13. Qui iracundiam continet, melior est, quàm qui urbem capit. Ambros. de Abrah. l. 2. c. 6. Alia tamen

men ira, quàm impatientia excitat; alia, quam zelus format. Gregor. Moral. l. 5. ¶ Salvator benevolum affectum exhibet 3. ergà militum cohortem tumultuantem: Ubi erant principes Sacerdotum, Magistratus templi, Seniores. Etiam sacerdotes exierunt, ut diligentius fieret negocium. Lyra. Quicquid agit mundus, Priester vult esse secundus. Die Pfaffen müssen bey allen guten Spielen seyn. Illis Magistris socii fuerunt milites, στρατηγοὶ, qui in templo inspectionem & custodiam habebant: ne quid in hoc mali exsurgeret. Ad capiendum Christum venerant, nomine Ecclesiastici ac Politici Magistratus rem gerebant: Illos tamen Salvator graviter arguit ob neglectam justitiam, imò populum etiam, sive turbam promiscuam ostendens, facientem & consentientem in eodem peccati luto hærere.

hærere. D. Gerhardus, l. d. p. 179. Quid Salvator ad illos? Quasi ad latronem, non ad præconem exiistis, cum gladiis, non cum libris; cum fustibus, non cum codicibus. Dubio procul Salvator alludit ad captivationem Barnabæ latronis, qui eo ipso tempore propter seditionem in carcerem conjectus. Marc. 15. Contemptâ famâ, contemnuntur virtutes. Corn. Tacitus, Annal. l. 4. p. 159. Quotidiè vobiscum fui: non in diversoriis, in armilustrio; sed in templo: neminem læsi, sed publicè docui. Sed hæc est hora illa vestra, & potestas tenebrarum.

Concessa est hora hæc vobis, ergo capiatis
Me, quem vos nocte hac quæritis armigeri.

Hora illa definita & prædicta, sed passio mea 1. gravis & ignominiosa.

2. non promerita. 3. cœlitùs determinata. 4. humano generi proficua. 5. in Scripturis Propheticis prædicta. In Scriptura dicuntur peccata opera tenebrarum, Roman. 13. Epheſ. 5. Paſſio Domini hora, quæ citò tranſit: noſtra calamitas momentum, quod jamjam deficit. Hinc Athanaſius perſecutiones Juliani nominavit nubeculam, citò tranſituram. Ruffinus, l. 1. hiſt. Eccleſ. c. 34. Peccata tenebræ animarum. Auguſtin. de Baptiſmo, contra Donatiſtas, lib. 1. c. 11. Viola boni nuncii bajula; quippe vernæ jocunditatis prodroma.

Violaceum iſtum manipulum, anima fidelis, accipe, & ex hoc tuam conſcientiam atque famam redime. Hi verni floſculi ſunt, quos ante omnia habere oportet: Si conſcientiam negligis, impius es; ſi famam, ingratus. Ecce Chriſtus non vult eſſe latro, ſed præco;

præco; docuisse vult, non incommodasse, aut cum scelere vixisse. O biga violarum fragrantissima. Nullus flosculorum magis festinat, quàm viola, quæ celerrimè prorumpit: nihil nobis magis commodat, quàm conscientia & fama, quæ jocari non sinunt.

Domine JESU, da fidem, ne peream: conscientiam, ne offendam; famam, ne infidelis & negligens evadam. AMEN.

Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ;
Nil nocuisse aliis, famâ clarescere justâ;
Non fecisse nefas, irâ fervescere nullâ,
Thesaurus nobis, & murus aheneus esto.

MEDITATIO XXI.

Ubi

VIOLARIUM TERTIUM IN PONTIFICIS atrio, & CONSISTORIO sive Concilio, diei Martis accommodatum.

Psal. 22. Circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me.

Maledictus error, quem nec majestas miraculi confringere potuit, nec pietas beneficii. *Anshelmus, in specul. Evang. sermon. c. 8.*

VINCTUS NON VICTUS SALVATOR.

ANima *Christiana*, anima devota: Violarium nunc 3. ingredimur, idq; meritò contemplamur in die Martis.

Martis. Ibi enim ſpinæ, pugnæ, bellum, opprobrium. Dies ille verè dies ſervitii, quia Chriſtus ſubjectus adverſariæ plebi.

Primus Violarii tertii faſciculus eſt, *Tribunorum & Judæorum ſcelus.* Jud. 16. de Simſchone habetur, illum à Philiſtæis captum, capto viſum ademptum, ademptum in Gazam adductum, adductum catenis ligatum, ligatum molere coactum. Fortuna Simſchonis typus noſtri Salvatoris. Simſchon virum Solis notat, ein Sonnen-Mann. Herberus, im Oſterſchatz/p. 16. Sol eorum Chriſtus eſt, qui ſalvantur, Sol juſtitiæ, Mal. 4. Sol & ſplendor paternæ gloriæ. Heb. 1. gegen welcher Simſchon ein klein Sonnen-Mann/ vnd Schatten. Ut Simſchon captus à Philiſtinis: ſic Salvator à Judæis. Philiſtini oculos eruerunt Simſchoni corporaliter. Judæi perſecutores

Christum excæcârunt civiliter. Philistini eruerunt Simschoni oculos naturæ: Judæi Christo oculum vitæ atque famæ. Sie haben jhm seinen guten Leimmund entzogen / vnd vnter die Vbelthäter gerechnet. Esa. 53. Philistini Simschonem duxerunt in Gazam, Tribuni Salvatorem pertraxerunt ad Antistitum Catervam. Uterque ligatus fuit vinculis, ex quo claret immanitas hostis: Simschon molere, coactus in pistrino; Christus mori debuit inter latrones, cum clamore maximo.

Cœterùm, Unde scelus Judæorum patet? 1. *Comprehendunt:* Illos non terret Domini majestas, animus intrepidus, innocentia, beneficentia, eloquentia. Comprehendunt ut maleficum; qui tamen venerat monstrare salutis compendium. Comprehendunt, quem debebant libera-

re,

re, comprehendunt, cui debebant ministrare; comprehendunt, cui debebant animum atque corpus consecrare.

2. *Comprehensum ducunt*; non tàm ductus fuit Salvator, quàm productus & protusus: ductus ex horto, trans torrentem Cedron, ad ædes Hannæ; ductus ut captivus, ductus ab illis, quos prius in terram prostraverat: ductus in caligine, per saxa, per colles: ductus ad urbem in editiore loco positam. Quæ ductio fuit 1. dolorosa: non tàm ratione corporis, quàm cordis. 2. ignominiosa: quia ducitur vinctus, captivus, & veluti facinorosus. Per captivitatem adimitur homini libertas, tàm cõditionis, quàm actionis. Ulricus Pindar. art. 8. de pass.

3. Ductum in domum Principis sacerdotum tulerunt: qui Princeps, sive ἀρχιερεὺς fuit Hannas, qui revera erat

erat summus Pontifex, licet esse desierat: constat enim ex Josepho, illos, qui dignitatem eam semel adepti, post rem sublatam, nomen dignitatis retinuisse. Causabonus, Exerc. 13. ad Annal. Baron. c. 4. Ad Hannam ductus Salvator, quia ille socer Caiphæ, vir præcipuæ autoritatis, ideoq; etiam honoris gratiâ Christus ad illum perlatus: quia Christus videbatur Pontificiæ dignitatis ossor & eversor. D. Gerhard. l. d. p. 210. Cyrillus existimat, lib. 2. in Johannem. c. 37. Annam fuisse artificem proditionis, qui cum Juda eâ de re pactum inierit. Sed Evangelistæ hanc mercedis conditionem referunt, non ad Annam, sed ad totum sacerdotum Concilium. Matt. 26.

Ecce tibi, *mea Anima*, fidelis anima, Oleum Violaceum, ad emolliendam duritiem cicatricum atque vulnerum. Ecce Salvator tuus comprehendi

hendi voluit, duci voluit, in Hannæ domum trahi voluit, ligari voluit, ne scilicet æternùm te comprehendat Diabolus, ducat mundus, trahat vitiorum cumulus, liget mortis stimulus.

Ligari voluit Dominus 1. *ad typorum impletionem.* Isaac super altare ligatus, Genes. 22. Simson vinctus, Judic. 16. Summus sacerdos baltheum habere debuit, quò se cingeret: Exod. 28. Salvator vincula perferre voluit, quò nobis verum sePontificem ostenderet.

2. *ad liberationis nostræ significationem.* Ligatus est Salvator, ut nos à nodo maledictionis solveret. Augustinus, serm. 18. de tempore. Ligatus est, ut solveret mundi ruentis complicis. Ex Ambros. Er macht vns loß/ von diesem Bandt/ vnd setzt vns ins rechte Vaterlandt.

3. *ad compunctionis nostræ præfigura-*

figurationem: Ille se nos conjungit, nos illi vicissim conjungamur. Vincula, quibus se nobis conjungit, charitas est, promissionis veritas est, omnipotentiæ majestas est. Prima non deficit, altera nuuquàm fallit, tertia defendit: prima non deficit in cruce, altera non fallit in salute, tertia defendit in hostium invasione. Conjungamus nos illi fide, quæ vincit mundum. 1. Johan. 5. prece, quæ superat Diabolum, obsequendi voluntate, quæ confringit & ridet crucis flagellum. Hæc fila Ariadnes certiora, atque fortiora: quorum ope non labyrinthum superamus, sed mundum. Labyrinthus iste habet colubros, Dracones, Leones, Tauros, Minotauros, variaque monstra & exitia. In mundo velut in labyrintho, iter, quod diu confecimus, sæpe tandem frustrà retractamus. Theseus esto, *mea Anima*, sed Christianus;

stianus; fila recipe, non Ariadnæ, sed Scripturæ Sacræ: fidem non defere, preces dietim repete; Voluntatem tuam Domini conformem redde, & eris extrà mundum in exoptatissima quiete, atque cœlo, animarum piarum receptaculo, atque quiete. AMEN.

Abeant hîc funiculi Franciscanorũ, catenæ Leonhardinorũ; de Leonhardo vide M. Brunon. in den Paßions-Predigten/part. 3. conc. 1. p. 325. Nos liberos reddit non catena Leonhardi, sed Salvatoris Christi. Vincula, quæ nobis ob Christi honorem & religionem injiciuntur, honori nobis erunt, non horrori, non oneri; gloriæ, non ignominiæ. Sie werden Ehrenbande/ gülдene Ketten/ vnd nicht Henckersstricke seyn. Marsacum hominem militarem cum collo non revincto judices duci volebat, eò quod Regi militasset, con-

VIOLAR.

conversus is ad Prætorem, ait: an horum (qui cum ipso captivi ligabantur) potior est, quàm sit mea causa? quin simili torque me donas? cur non hujus tam illustris atque præstantis ordinis me quoque facis equitem: alludens ad morem usitatum regibus, qui cum amicos cohonestare volunt, & amplificare, in sui ordinis numerum adscribunt, eisque torquem aureum velut honoris insigne tribuunt. Sleidan. lib. 25. comment. p. 473. Vir iste militaris masculum pectus habuit; quia vincula propter religionem pati nunquàm respuit. Vincula nobis Christianis sunt obsonia: Quod fuit hic tormentum, illic erit ornamentum: Was hier ist ein qual vnd Pein/ wird dort ein grosser Ehrenschmuck seyn. Magnum fuit beneficii genus, quod Cajus Caligula, Agrippam Regem vinculis solvi, & corona aurea,

sive

sive torque donari jussit. Maximum gloriæ pondus, hîc esse catenatum, & ibi coronatum: habere coronam justitiæ, vitæ, gloriæ. Josephus, l. 9. antiquit. c. 5. Vinctos in hoc seculo non despiciet DEUS in futuro. Psal. 69. Si hîc vincimur, ibi solvemur; si hîc tribulamur, illic coronabimur: si hîc habemus lamenta, ibi habituri sumus jubila, in perpetuas æternitates. AMEN.

Me solve tandem vinculis
JESU, vitæ durissimis,
Vita hæc dolor labor mihi,
Et semper plena opprobrii.
Veni, JESU, me liberæ
Ex vitæ isthâc angustiæ,
Tibi servire postulo,
Unà meo cum proximo,
Tedet me vitam degere,
Lacrymas tot atq; fundere,
Mori quantum desidero!
Quò sim tecum in palatio!

MEDI-

MEDITATIO XXII.

UBI VIOLARII TERTII MANIPULUS SECUNDUS.

DE PETRI LAPSU.

Prov. 24. Justus CADIT in die SEPTIES.

Quanta vita est, confiteri Christum, tanta mors est, negare Christum. *Augustinus.*

HUMANUM EST LABI, SED SURGERE NOLLE SATANÆ.

ANima *fidelis*, secundus in tertio Violario manipulus est Petri lapsus. Ubi 1. habetur occasio. *Sequebatur Petrus* JESUM: Ecce scintillam amoris in Petro reliquam: fugerat cum discipulis, cum milites Christum apprehenderent, sequitur, cum illum

illum jam ad Pontificem clamore magno ducerent: Erziehet seinen Fuß in der Schlacht zu rück: ἀπὸ μακρόθεν tamen sequebatur. Sequitur eminùs, qui sequi debebat cominùs. Quod sequitur, amoris est, quod è longinquo, timoris: charitas ipsum trahit, timor retrahit. Spes Petrum ex cryptis depromit, quem Christi majestas deliberatione certum facit. Sequela ex longinquo præludium negationis in proximo. Petrus eminùs sequitur: Passiones nostræ non sunt satisfactoriæ seu propitiatoriæ, ut Christi passio: Christum sequimur eminùs, cùm abest periculum, cominùs, cum abest persecutionis opprobrium. Alia Christi passio, alia Ecclesiæ: Ecclesia pro se patitur; Christus pro Ecclesia. Augustin. qq. Evangel. Petrus cœlum locumq; mutavit, non animum.

Eviolis hisce aquam confice, *Mea anima,*

anima; & hûc pedes spiritualiter elue: sequere Christum, confitere Christum, non solum quando facit miracula, sed quando sua portat vincula. Gressus iste fidei est, quem DEUS probat, mundus ejurat. Etiam, si opus est, Pontificis atrium ingredere cum Christo, sed ita, ut ne eum neges cum Petro. Christum inspice, in Christum crede: Christum dilige, ut anima tua sit semper in requie.

Cœterum dum sequeris Christum, fuge malum sodalitium, sive malorum consortium. Were Petrus nie ins Priesters Hof kommen/ er het die Verläugnung nicht vbernommen: noxiæ conversationes cum insipientibus, inficiunt enim sobriam mentem. Qui in Solem cernit, licet in hoc non venerit, coloratur: qui in taberna unguentaria resident, & paulò diutius commorantur, trahunt odorem loci:

Senec.

Senec. lib. 19. Epist. 109. qui malis conversantur, eorum mores. Sequebatur Petrus in atrium, in quo ignis accensus. Circumsedentibus in medio erat Apostolus. Procul dubio se beatum Petrus credidit, quod in aulam admissus, sed animus fortis atque masculus in illa fuit amissus. In aulis promoveri, pluribus est ad abnegationem Christi duci. D. Gerhard. l. d. p. 217. In aulis præcipuè negocioſus est Satan, ubi spectra gratiæ, inanis gloriæ, quæ occupantes ommittunt facienda, & faciunt ommittenda: Hofkatzen böſe Katzen. Qui meticulosus est, & in gratiam Magnatum à regula veritatis & justitiæ recedit, is facilimè in abnegationem Christi incidit, Sicut Petro in atrio contigit. Primum cum Christo ad Annam itur, post ad Caipham: In Caiphæ atrio Petrus Christum negavit, & eum se non nosse di-

xit. Atrium est secularis circuitus, ministri sunt dæmones, ignis desiderium carnale; cum quibus qui consistit, à peccato immunis esse nequit. Ex Hieronymo. Ignis hic est, à quo calefieri vult Petrus: ignem aulicum Petrus desiderat, & temporalia exoptat: in aulis captivus CHRISTUS, vincta veritas. Ex Ambros. Petrus algebat: frigus erat mentis, non corporis. Ambros. Affectu algebat, patiebatur frigus fidei non corporis. Cyprian. in expositione fidei. Temporalis commodi solatium perfidorum societate quærebat. Glossa in c. 14. Marc. Frigus erat, ubi Christus non agnoscebatur, ubi non erat, qui lucem videret. Ambros. in Luc. c. 22. Frigus erat animæ & affectus. Timor sanguinem à finibus corporis in quoddam quasi capitolium & meditullium cordis avocat, ac sæpè ut gelu glaciat. Patitur &

æstus

æstus suos amor, sua frigora, & tepo-rem suum. Bosquier. in Theatro pas-sion. conc. 26. pag. 287. Amore intùs æstuante, foris frigora parum mole-stant; potens amoris hypocaustum, incompositus motus à metu. Audit fortè Petrus à militibus: Ut ego Naza-renum istum in toram dejeci, ut ego illum in torrentem Cedron impuli, ut ego sonoram illi alapam impegi? Quid Petrus? Pallet, gemit, nec muti-re tamen tutum putat, sed intus la-chrymatur inter tot loquaces rabulas, & atrii tintinnabula.

Mea anima, confice tibi ex his vio-larum falciculis succum, qui restin-guat calorem temporalium: Petrus friget, ad ignem accedit; satius ipsi fuisset frigus pertulisse, quàm ad ignē consedisse. O quàm multi hodieque sedent ad ignem, in atrio Pontificis, & abnegant doctrinam Salvatoris.

Quam diu lucet iste focus, tàm diu apud illos est religionis locus : unde sueta hodieq; Apostasia, nisi à tali pinguiore flamma? Frigus, tribulationes, flagella, vincula, pati nolunt, cum Petro, homines, & exinde fiunt Christi atque religionis persecutores. Calorem appetunt, favorem eligunt, fidem abnegant, Christum subsannant, & ita seipsos in gehennam præcipitant. Cœterùm quàm diu durabit ignis iste in atrio Pontificis; quàm diu lucebit ista favoris humani flamma? Ephemerus erit, nec mille annis ardebit: Citiùs evanescet, quàm musca prætervolitat; tandem in cineres redigenda, Pontifex, atrium, ignis, ministrorum turba.

Succum violaceum exprime, *mea Anima*; ut refrigeret in te calorem appetendi temporalia, contemnendi Ecclesiastica, detestandi cœlestia. Calor

lor iste sempiternum adducet; qui uti sine fine, ita etiam sine luce.

Domine JESU, Domine Salvator, mundus ignem suum accensum habet; ô quàm multi ad illum currunt, ut exinde calorem & colorem habeant! Frigere nolunt, pati nolunt, calefieri volunt, lætari ac deliciari semper volunt. Cœterùm ego nolo deliciari, sed pati, nolo igne calere temporalium, sed appetitum habere cœlestium: Cupio tristari in præsenti seculo, & lætari in futuro. AMEN.

Incidit in Scyllam, qui vult vitare charybdin,
Incidit in mortem, qui vult contemnere vitam,
Incidit in casses, qui non vult linquere sylvam,
Incidit in morbos, qui cessat pascere corpus,

Incidit in flammas, qui vult sibi pandier orcum.
Incidit in Satanam qui vult habitare gehennam.

MEDITATIO XXIII.

DE MANIPULI TERTII RESIDUA in Violario Tertio.

Matth. 10. Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.

Augustinus. Non ab eo modò negatur Christus, qui dicit, eum non esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum dicit, scit se non esse Christianum.

QUI NEGAT, OPPRIMITUR.

ANima Christiana, Anima devota, Petrus plus studet corpori calefaciendo,

iendo, quàm animæ providendæ. Si habet calorem corporis, non attendit calorem mentis : Dum ita flammæ assidet subpallidus, eum intuens, fortè injectâ in os ejus lucernâ, vel Petri facie, ab ignis splendore percussa, eum intuens, inquam, ancilla, captivi discipulum dicit. Ἀτενίζειν plus est, quàm ἰδεῖν, καὶ ἐμβλέπειν: ἀτενεῖν est, qui intentis & in conniventibus oculis rem intuetur. D. Gerhard. l. d. p. 221. Apostolum intuetur παιδίσκη θυρωμὸς, à θύρα, janua, & ὀρέω, custodio. Ostiaria hîc erat, non ostiarius, ex more gentis, 2. Samuel. 4. Compellavit Apostolum, non honorata quædam fœmina, sed vilis & abjecta ostiaria, quæ vel ex trepidante gressu Petrum discipulũ cognovit, vel ex commiseratione eum cõpellavit. Concinniùs videtur (verba D. Gerhardi, l. d p. 222.) statuere

quod discipulus, per quem Petrus in atrium Pontificis introductus, sub fide silentii ancillæ ostiariæ concrediderit; unde ex garrulitate sexui innata, illud singulariter concreditum effutiverit. Cœterum quid ait famulus? *Et hic cum illo erat.* Proh DEUM atque hominum fides! quale illud fulmen? Quinque verba, tria monosyllaba, & duo dissyllaba erant, & Apostolum ad negationem inducebant. Quid fecisset Apostolus, si ancilla omnes literas unô versu inclusas dedisset, & dixisset? Gaza frequens Lybicos duxit Carthago triumphos. Si trium literarum nomen eliminasset, si vel tria K adduxisset, vel literam T. Apostolo comminata fuisset. Timet monosyllaba, dissyllaba; quid feciisset, si audisset polysyllaba? Prostravit Petrum non Heroina, sed vilis ancillula, abjecta ancillula, tanquàm gravis febricula. Augustin.

gustin. tract. 113. in Johannem. *Post pusillum alia videns eum dixit: Et tu de illo es?* O vocem suavissimam! Certè dulce est, cum JESU esse; dulce est cum Christi Angelis esse, dulce est cum Sanctis esse, dulce est, cum confessoribus esse. Domine tecum esse cupio, tecum vivere, tecum mori, tecum conversari volo. Sed Petrus sanè vocem formidat, quia timorem in carne delitescentem spectat. Ancillis sese conjungit servulus quidam vilis, ut similes habeant sua labra lactucas, qui post horæ quasi unius intervallum affirmavit: Verè & hic cum illo erat; *nam & Galilæus est*, Dulce Galilæi nomen: in hac enim regione Salvator cum suis sæpius commoratus est: Discipuli ejus plerique ex Galilæa oriundi: *ἀναβάσεις* erant ascensionis Dominicæ, quis non libenter esset ex illorum ordine? Galilæa no-

tat circulum, vel à peregrinatione denominatur: Peregrini sumus omnes, nec habemus hîc civitatem manentem, sed vitam deficientem. Exilium præbet nobis hæc vita, sed illa Patriam. O beata transmigratio de isto seculo ad æternitatem! Ex Beda. Malo esse credens Galilæus, quàm contumax & blasphemans Judæus. Curriculum vitæ nostræ Galilæa est, transitus est: Transivêre Patres, simul hâc transibimus omnes. In cœlo patria est, qui benè transit, habet. Et quid obsecro reperire est, quod nos in Galilæa diutius teneat? evolemus in cœlum, ut nos onerare cesset crucis offendiculum. Petrum perdidêre hæc duo: Curia, & fœmina. Tutior Antistes, in animarum cura, quàm in curia: Memento semper, quod Paradysi colonum, de possessione sua, mulier ejecit. Hieronym. in Epist. ad Nepot.

Nepot. Quod Petrum Apostolum mulier CHRISTUM abnegare fecit, trinam abnegationem nonnulli allegoricam faciunt: Primam dicunt in peccatore titubationem, alteram consensum, tertiam actum. Per primam alii intelligunt Judæos, per secundam gentiles, per tertiam hæreticos versipelles. Ex Origine & Hieronym. Bosquier. in loc. d. p. 293. Duas ancillas dicit, 1. carunculam vel carolam, hoc est, carnis concupiscentiam, alteram Simonetam, vel Simoniam. l. d. p. 293. Sint ancillæ, ministri, famuli, in pietate erga DEUM fervidi, invocatione erga herum heramque fidelissimi, in actione taciturni. Sollen nicht das Klapperlein überall fornen haben. Boemus, in spectac. passion. conc. 49. p. 46.

Domine JESU, servus tuus sum, ancilla tua sum, servire tibi cupio Pontifici, ne ullum jus in me inveniat invidia Diaboli. Pauci sunt, qui tibi, bone JESU serviunt, pauciores qui rem tuam agunt, pauciſſimi, qui te honorare cupiunt. Cœterum ego servus, ancillæ tuæ, da mihi viam gloriæ tuæ, qui vivis & regnas in æternum. AMEN.

Si niſi non eſſet, perfectus quilibet eſſet.
Sed nunquàm vidi, qui caruêre niſi:
— nemo ſine crimine vivit.
Sed proprio lavit ſanguine crimen Herus.

MEDITATIO XXIV.

UBI SECUNDUM IN PRIMO FASCICULO VIOLARII TERTII.

Luc. 3. Agite pœnitentiam.

Auguſtin.

Augustin. tract. 113. super Johann.

Ecce columna firmissima, ad unius auræ impulsum tota contremuit.

ANima Christiana, Secundum in primo Violarii tertii fasciculo est *Petri abnegatio*: ait 1. *non novi illum*: Hominem, negavit, se nosse, quem inter discipulos DEUM fuerat confessus. Hieron. Contrarium loquuntur tot miracula, tot beneficia, tot habitæ conciones, tot in medium allatæ disputationes, tot Prophetiæ, tot lacrymæ, tot promissiones, tot comminationes, tot commonitiones, tot amoris signa, tot favoris indicia. Bone JESU, ille dicit te non vidisse, qui paulò antè cœpit te Filium DEI viventis proclamare, Matth. 16. Is te non novit, qui te DEUM salutavit.

Secundò ait Petrus; *O homo non*

sum. Qui ? Christi discipulus, Christi insecutor fidelissimus : non vult esse membrum in Christi corpore, qui plenus erat trepidatione. Certè jam non es qui fuisti anteà, cum dicebas, te non relicturum Salvatorem etiam in mortis angustia.

Tertiò ait : *Nescio quid dicas* ; In primo fatetur Apostolus, se ignorantem, in secundo dubitantem, in tertio abnegantem. Fortè Hebræo more dixit Apostolus ; Hæc faciat mihi DEUS, & hæc addat, &c.

— *mihi vel tellus, optem, prius*
ima dehiscat,
Aut pater omnipotens adigat me
fulmine ad umbras.
Pallentes umbras Erebi, noctemq;
profundam. Virgil. 4. Æne.

Salvator à Malcho cœsus in faciem, sed læsus est multò acerbiùs, à Petro ejurante, Petrus καταναθεματίζει, valde

de execratur, extremis diris devovet Salvatorem: tàm aversari se Christum dixit quàm Judæi, docentem dedicans templis gentilium. Seipsum etiam cœpit ὀμνύειν, id est, sibi ipsi omnis generis mala imprecari, & corpus & animam exitio sempiterno devovere, si Christum noviſſet. Sunt qui Petrum hîc excusare volunt, si non à toto, tamen à tanto, dicunt Petrum peccasse, sive negasse, non tam ex periculi timore, quàm ex Christi amore, negasse, ut in atrio manere, ac finem rei videre, posset: Ita verba Christi explicant; non novi hominem, id est nudum, sed etiam DEI filium, non sum discipulus, quia à magistro fugi: nescio quid loquaris, ignota mihi sunt consilia vestra. Pyraustæ non nemo similem Petrum inducit, aut illi Papilionum generi, nescio quò naturæ ductu ita lumen amantium; quia semper

in

in amore peccaverit. Bosquierus, l. d. p. 100. imò amphibologum amphibium facit, æquivocatorem simulatum, quem affectasse dicit: tandem autem verè concludit, illam Petri turpitudinem totum Oceanum eluere, non posse: æthiopem aut carbonem lavat, qui Petrum excusat. De Æquivocandi ratione vide apud Tolet. l. 4. instr. sacerd. c. 21. Campian. in Epist. ad General. Societat. Ann. 83. edit. p. 86. Certè gravissimum fuit illud peccatum. 1. ratione operantis, qui non petrinus fuit, sive firmus, sive saxeus, sed fragilis, mollis, & valdè infirmus. 2. objecti: abnegat non inimicum, sed magistrum, non hominem nudum, sed DEI filium. 3. astantium: Pontificis stratiotæ milites, procul dubio ex hac Petri negatione scandalum passi. Judas defecit, Petrus negavit, cæteri fugêre. 4. Modi: Multa hîc occur-

occurrunt peccata, quæ vide in Fabrica mea crucis, medit. 6. p. 129. 5. iterationis: Ter negat, & inde delictum aggravat: res delicatissimæ pupilla oculi, virginitas, & negocium religionis Christianæ, quas vel pulviſculus offendit. Bosquier. l. d. p. 302.

Tempore perſecutionis ludere cum Religione non convenit; quia conſcientiam concernit, non pecuniam. Tempore perſecutionis non decet fugere, niſi in caput unius tota tempeſtas deſævit: non decet diſsimulare. Qui Christum confitetur habet laudem, qui negat, condemnationem. Non decet ſimulare propter offendiculum, & propter mendacium: hiſce ſimulationibus offenduntur infirmi, hiſce mendaciis animantur inimici. Cœterùm Petrus ita labare & labi permiſſus, 1. ne in poſterùm altius, quàm par eſt, de ſe ſentiret: animos frangit lapſus,

lapsus, aut ruina. Salubrius sibi Petrus displicuit, quando flevit, quàm sibi placuit, quando præsumbsit. Augustin. Ventrem tumidum malo, quàm mentem, & tolerabiliùs venter ab homine, quàm mens à dæmone, gravidatur. Bosquier. l. d. p. 304. Is ipse Petrum lapsum somniat, vel quia Pontifex, & judex, à confessionibus orbis universi, futurus, fieret humanior, vel ut disceret miseris succurrere: & addit, Pontificem lapsus Petri memorem, regi lapso & relapso (Gallorum) indulsisse, p. 305. Posterius probo: quis enim petenti veniam justè denegaret? licet rex tam grande peccatum non peccârit: de quo alibi. Sed Petrum unquàm ad hodiernam faciem, Pontificem & judicem fuisse, quis sanæ mentis tandem astruet? Tam similes moderni Petro, aut Petrus Pontificibus, quàm carbo-

carbones ovis, formicæ aquilis, Leones muscis. Permissus est Petrus, ut insinuaret nobis justissimum timorem, certissimam spem, & utilissimam eruditionem.

Ex prioribus & sequentibus hisce, mea Anima, Syrupum violaceum confice, qui pectus mitigat, inducendo in Religione constantiam, & in castigatione patientiam. Neque mulier, neque ancilla, neque servus, neque herus, imò ne *Diabolus* quispiam nos à religione absterrere debet. Idque 1. propter Christi mandatum: amat enim veritatem, quæ in abscondito. Psal. 51. & non delectatur mendacio. Ephes. 4. Zach. 8. Sermo illius veritas est, non simulata pietas. Johan. 17. 2. Propter fidei encomium: Illa abscondi non vult, sed ostendi, Ut ignis esse nequit, sine luce & calore: ita nulla fides sine confessione.

fessione. Psal. 116. 3. Propter debitum: Debitores sumus, publicè JESUM confiteri, non diffiteri. Polycarpum intuere, mea anima, is instigatus ab hostibus, ut Christo malediceret, respondit: cur hoc facerem, quia læsit me nunquàm. Eusebius, Eccles. hist. l. 4. c. 15. Certè neque te, neque alium JESUS noster læsit, cur igitur illi væ faceres? 4. Propter publicum commendationis testimonium. 5. In Diaboli opprobrium. 6. Cœteris in exemplum. 7. Propter abnegationis periculum. Petrus ter negavit, bis juravit, semel diris se devovit, ad ancillæ vocem; à parvo navis hiatu naufragium; & riparum aggeribus periculum, à levi collisione fluctuum. Lapsus itaque majorum, sit cautela minorum.

A Petro disce, mea anima, pœnitere, non Christum abnegare. Syrupus

hic

hic violaceus est, qui animam peccatorum æstibus fumantem, valdè refrigerat; Qui per pœnitentiam peccata diluit, angelicæ felicitatis in æternum consors erit. Augustinus, de mirabil. script. Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se conscidisse, deflevit, atq; adeò majorem gratiam reperit, quàm amisit. Ambros. Ut piscis nunquam sine spinis: ita homo nunquàm sine peccatorum aculeis. Ælian. l. 10. var. historiarum. c. 21. Interim resurgere decet, si lubido fuit, cadere: non enim cecidisse grave est, sed per lapsum non resurrexisse Satanicum, & periculosum est. Chrysost. hom. 22. ad populum Antiochen.

Domine JESU, timorem inimici expelle, & amorem verum insere, ut si peccavi, pœniteam, si cecidi resurgam; si abnegavi, statim ad te me recipiam. AMEN, AMEN.

JESU

JESU labentes respice
Et nos videndo corrige,
Si respicis, lapsi stabunt,
Fletuq; culpa solvitur.

MEDITATIO XXV.

UBI TERTIUM IN SECUNDO FASCICULO VIOLARII TERTII.

Ephes. 5. Surge, qui dormis, exsurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Hieron. in 14. c. Luc. Tunc nobis Gallus cantat, cum prædicator, per pœnitentiam, corda ad compunctionem excitat.

GALLUS IMAGO MINISTRI.

TErtium in secundo violarii tertii fasciculo est *Gallicinii consideratio*.

Con-

Continuò adhuc Petro loquente, CANTAVIT Gallus. Gallus rarum animal, non solum formâ, sed etiam cantu, admiratione dignum. Cardan. l. 10. de subtilitat. Observandæ hîc circumstantiæ. 1. *Quis?* Quis hic cantat? Non Studiosus aliquis, valdè celebris, sed ales valdè debilis. De Arione Poëta:

Quod mare non movit, quæ nescit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.

Imò cecinit ceu

Trajectus pennâ tempora cantat olor. Ovid. 2. Fastor.

unde in mare dum ferretur Delphinos suavitate cantus demulcebat. Natal. Com. in Mytholog. l. 8. c. 14. p. 887. Arion hîc non canit: non Orlandus, non Mailandus, non Walliserus, non alius ex Musicorum Coryphæis. Luscinian nosti? hæc *Mille*

Mille potest varios orê referre modos. Ovid.

Alaudam nosti? hæc

——*suum tereti teriti teritrilire tractim*

ludit. Frideric. Taubmannus, in Poetic. innov. p. m. 358.

Cycnum nosti? hæc

——*moriens canat sibi funera*

——*longa canoros*

dat per illa modos.

De Syrenibus legisti apud Claudian. quæ volucres puellæ.

Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra.

Cœterum hîc audis canere non Musicos, non aviculas minutiores, non Cycnum, non Syrenes, sed Gallum, qui 1. amans vigiliæ. Plinius vigiles nocturnos vocat, l. 10. N. H. c. 25. Cum Sole Galli cubitum eunt, nec Solis ortum incautis sinunt obrepere, diemq; venien-

venientem nunciant cantu, ipsum verò cantum plausu laterum. Unde Basilius excubitorem vocat, in Hexaëm. homel. 8. Ambros. bonum cohabitatorem, l. 5. Hexaëm. 24. Gallus

Surgens Phœbeam prædicit lampada terris,
Ut cum laude geras res, expergiscere magnas.
—— *tibi sit Galli cura magistra.*

Hoc canente ipsa Ecclesiæ petra culpam suam diluit, quam priusquàm gallus cantaret, negando contraxerat. Ambros. l. 5. c. 24. Hexaëm. 2. studiosus prophetiæ:

Augurium Gallis, & mens præsaga futuri est.

Habet ostenta Galli cantus, Plinius, l. dict. Vespertinus valdè præposterus. Vide Peucerum, de divinat. titul. de augur. p. m. 216. Sed

Cantat avis quævis, sicut rostrum sibi crevit.

3. appetens pugnæ: Vide Ælianum, l. 2. de var. histor. c. 28.

Regnum sibi Marte parat. Angel. Politian. in Rust.

2. *Ubi cantat?* non in agro, non in hortulo, sed in cavedio: non in cavedio rustici vigilis, sed summi Pontificis. Etiam gallum Pontifex habet, qui cantat; etiam antistes impacatam conscientiam sentit, cum evigilat. Melius Gallum canere in Aula, quàm militem furere in diripienda substantia. Es ist besser/ einen Hanen hören krehen im Hof/ dann ein Soldaten sehen rumoren ob der Beut.

3. *Quando cantat?* Cantat Gallus dum negavit Petrus. Anseribus multum debet Roma. Livius, l. 2. Decad. 1. sed plus Petrus Gallo. Meritò sigillo Petri incidatur Gallus, meritò ejus insignibus appingatur, ab eventibus verè stemmata atque insignia viris

ris principibus nata. Marthes Rex Ægypti, cornicem, literarum suarum bajulum amet: Petrus Gallum, verbi Christi refricatorem: ut prior honoravit mortuum: ita alter deprædicet vivum. Quoties, *mea Anima*, Gallum vides in aulis circumambulantem, toties cogita Petrum vocem Galli observantem. Toties Gallus tibi cantat, quoties tuas prævaricationes Ecclesiæ *minister* castigat, quoties ad vigilandum excitat.

Conservam ex his violaceam efficiant, tàm doctores, quàm auditores. Ut enim illa prodest in morbis calidis, qui auris organum labefactant, ita isthæc probantur in animis remissis, qui obedientiam valdè subsannant. Gallus habet Syderum notitiam; Ecclesiæ minister à DEO capiat sapientiã. Ut Gallus nunciat lucem naturæ, ita præco sacer annuciat splendorem

gratiæ. Ut Gallus cantum repetit; sic antistes officium non intermittit; ut Gallus de noctu cantat altius, ita minister prædicat inter flagella diligentius. Ut Gallus noctis horas discernit: ita peccatorum merita Ecclesiastes novit. Ut Gallus prius percutit latera alis, quàm cantat: ita si Ecclesiæ minister increpare cupit, prius seipsum examinat. Ut Gallus clamore suo Leonem fugat; & pugnam non detrectat: ita Ecclesiæ minister & Diabolum impugnat, & vitam ipsius militiam esse considerat.

Auditores ex hoc violarum fasciculo conservam habent: Ecce quot audis hodieq; Gallos vigiles, qui sunt verbi cœlestis præcones! illi non crescunt in arbore, sed ordinantur à numine. Soli Gallus olim Sacer. Pausan. in Eliac. quia Solis reditum cantu nunciat. Natal. Comes, in Mytholog. l. 5.

l. 5. c. 17. p. 532. Quis Soli resisteret? quis servos illius interficeret? Sol justitiæ Salvator est, Salvatoris Ecclesiastes est, Salvatori sacer est: dispereat, qui hunc despicit. Solem enim ipsum justitiæ reprehendit. Sunt servi quidam Dromones, qui Gallum jugulant, ut eò longius somnum habere sive continuare queant: sed excitant alii, qui Gallis importuniores. Misella rusticorum plebs Evangelicos Antistites larvarum instar tractat, ridet, ludit, despicit, imò dum illi fugere cogunturne lacrymulam sæpè emittit: putat enim se immunem futurum sic à Legis fulmine, quod tamen geminatur brevi tempore. Denen wird der Herr ein rechten Hanen auff den Kopff setzen. Boëmus, in spectac. passion. conc. 55. pag. 127. Immittit gallos justissimus judex, pulsorum locò valdè terribiles; quales suprà? Ecclipses,

chasinata, parelia, trajectiones, Cometæ, quales circà? Sacerdotes vix ultra betam sapientes, qui vix legere poterunt; nedum sacra intelligere. Imò illis intelligentior gallus est: hic canendô traxit Apostolum ad pœnitentiam; illi nihil intelligendô, animas præcipitant ad gehennam. Felix domus, ubi gallus excubitor, felicior pagus, ubi fidelis prædicator. Gallum ajunt aliàs valdè canorum obmutescere, si collum viti vinciatur: degener gallus, qui vocem perdit, cum ab auditore lucrum recipit. Nulla vitis tàm firma, cui cedat increpatrix ministri lingua: Quales intrà? Perpetui conscientiæ morsus, dubitatio, metus, timor, fallacia. Quales infra? Terræ motus, frugum sterilitas, aquarum inundationes, misera nascentium facies. Germania, Germania, ubi sunt galli tui vigiles?

pœni-

pœnitentiæ veræ præcones? partim fugati, partim consternati, partim in hunc usque diem opprobriis divexati. Cum canere desinet tecum gallus, incipiet stridere bubo,

—— dirum mortalibus omen.

O dura vox: Cantavit gallus, illis blandior, qui cantum audiendo mox obiere felicitèr, quàm illis, qui cantum amittendo, bubones ululare sentiunt velociter, sive ferocitèr. DOMINE JESU, Obsecro gallos animosiores nobis conserva, & bubones clamosiores à nobis relega: Gallus nobis cantet in æde, in aure, in cruce, in morte, ut habeat Petrus, quò se convertat, habeat Pontifex, quò mentem in admirationem rapiat, habeat minister, quò intrà se descendat. Malo gallum habere vigilem in

templo, quàm præfractum cibare militem in domo. Ut prior nunciat salutem; ita ille percutit & dilacerat cutem: ille bonorum auget substantiam, iste diripit familiam: hic nunciat securitatem, alter exercet immanitatem; hic orat, ille blasphemat; hic Sacramentum porrigit, alter per blasphemiam effutit: hic vulnera Christi prædicat, ille per contumeliam miserè ea conspurcat. Tu Domine JESU, da gallum semper habere primum, ut ille mihi canat usque ad futuræ vitæ privilegium. AMEN.

Ænigma de Gallo.

Regium quidam diadema gestat
Miles, aurutum gerit at q; calcar,
Temporum vates, bonus & Propheta,
Dic mihi qui sit?
Ipse materno teres & profundus,
Ventre processit, nec habens caput nec
Cæteros artus animam q; nullam,
Dic rogo, quis sit?

Inde

Inde naturâ melius favente,
Accipit sensus, animam, figuram,
Admonet cœcos homines, docet q3,
Dic rogo, quis sit?
Prenditur, morte afficitus cruentâ,
Veste nudatur, per aquas calentes,
Ignibus tandem datur excoquendus,
Dic rogo, quis sit?
Gallus est sacri facies ministri,
Qui frequenter quod decet ore signat,
Nec furorem curat is impiorum
Spiritu amictus.

MEDITATIO XXVI.

UBI QUARTUM IN SECUNDO FASCICULO VIOLARII TERTII.

Psalm. 22. DEUS, DEUS meus, respice in me.

Chrysostom. homel. 47. ad populum

Antiochen. Infinita ſatius eſt fulmina ſuſtinere, quàm mitem illam Salvatoris faciem nos averſantem videre.

INTUITUS CHRISTI REFICIT.

MEa Anima, dulcis anima; Gallus ter cantat, & Petrus illum cantum, quaſi cottidianum, non obſervat: Ad Petrum itaque converſus Salvator, illum intuetur. Spiritualem intuitum Patres volunt. Sic enim Auguſtinus, libro de gratia Chriſti, cap. 45. Non poteſt dici, quod corporalibus oculis Petrus Dominum reſpexerit, intus actum eſt, in mente actum eſt, & voluntate. Dominus cor tetigit, memoriam revocavit, interiore gratia Petrum viſitavit, interiores hominis uſque ad exteriores lachrymas movit, & produxit affectum.

Idem

Idem, lib. 3. de Consens. Evangelistar. c. 6. Respectio JESU facta non humanis oculis, sed divinitùs. Sic Leo serm. 9. de passion. c. 4. respexit oculis mentis, non corporis, misericorditèr, non corporaliter: quia cum hoc interno aspectu, conjunctus etiam fuit exterior, & corporalis intuitus. In Græco est στραφεὶς, conversus, quod Christus aversâ à Concilii assessoribus facie, eâdem ad Petrum conversâ, ipsum respexerit: id quod haud difficulter fieri potuit: Judices sedebant in loco peditiore, ministri erant in atrio inferiore: Potuit Christus ex aula superiore faciè retroversâ, respicere, & Petrum intueri. D. Gerhard. in Harmon. part. 1. cap. 6. p. m. 187. Quò intuitu Salvator Apostolum monere voluit, de significatione gallicinii, ut sic pœnitentiam caperet, in admissione prioris delicti. Ecce com-

VIOLAR.

pleta prædictio Medici, & convicta præsumbtio ægroti. Augustin. tractat. 113. in Johann. Hominibus in more, auditô procul sonitu, ingentis alicujus ruinæ, circumspicere, & visâ ruinæ molê, tùm rursùs attentiùs, fixiusq; intueri, mirari. Honori hi casus, qui ex alto; famosi magnatum lapsus. Dum itaque Christus Petrum respexit, talem illius fuisse lapsum demonstravit, qui vel Christum ipsum coëgerit converti atque intueri mirabundum. Bosquierus, l.d.p. 313. Lynx hîc cœcus est præ Christo hic penetravit visu parietem, Salvator Apostoli mentem. Miserentis hic aspectus fuit, & ad se trahere volentis errantem, illustrando mentem, & movendo affectum: intueri vult lapsum Christus, non diffamare: noluit eum verbis admonere, ne ipsum publicè confunderet, atq; in extremum vitæ periculum conji-

conjiceret. *Mea Anima*, fidelis Anima; confice ex his acetum violaceum, quod valdè prodest contrà animi deliquium. Conficitur autem ex sequentibus regulis.

1. Post Gallicinium sequitur Christi observatorium. Post Legis comminationes rectè fiunt Evangelii conciones: Nach dem Schrecken gehört der Trost. Boëmus, h.d.p. 127. Post Christi intuitum sentit Apostolus refrigerium. Pasce tibi commissum gregem, ante gratiam acue Legem. Matthes. in regul. Nathan ließ den Gesetzhanen dapffer kräen/ 2. Sam. 12. Sic CHRISTUS Johann. 4. Sic Apostoli, Actor. 2. 1. Cor. 5. 2. Cor. 2. Ezech. 13. Actor. 7.

2. Quem Christus intuetur, ille morbo spirituali non tenetur: Wen Christus mit Gnaden anblickt/ der ist genesen. Ex abnegatione Petrus sen-

tit terrorem, ex Christi intuitu gratiæ favorem. Intuetur nos Salvator in verbi prædicatione, & Sacramentorum administratione: ibi arca, ubi repositæ sunt DEI magnalia. Intuetur te Salvator, observa intuitum, & ipsi propina verbum. Psal. 27. habe erga cœlestia desiderium. Psal. 42. recense benedictionis Ecclesiasticæ methodum; Dominus illuminet vultum &c. neq; animo sepone horibilem irati judicis aspectum: in judicium veniens Dominus, peccatorem videt ut feriat, sed non videt, ut ad largiendam salutis gratiam recognoscat exutam jam carne animam: nequaquàm jam visus hominis, id est, redemptoris, misericorda aspicit, quia post mortem non liberat, quem antè mortem gratia ad veniam non reformat, Gregor. Moral. l. 8. c. 9.

3. Cum

3. Cum infirmis atque lapsis agendum est patienter, non potenter: Mit gefallenen Leuthen sol man säuberlich vmbgehen. Salvator Petrum blandè intuetur: non verberat nomine, non percutit fulmine, non terret minis, neque certat conviciis. Admonet & corripit peccantem & alloquitur tacitè, ut relicta malitia in se credat. Sap. 12. Ita decet infirmum portare non onerare: infirmi in fide suscipiendi. Rom. 12. non abiiciendi: Der nie fiel / dörfft nie auffstehen: infirmi opus habent Medico, non fortes. Matth. 9. Neminem avicuilæ status tangit, cum in aere volitat, sed cum in terram decidens, amplius sese non elevat; vel cum inter accipitris pedes uncos trepidat. Sic injusti misericordia nostrâ digni, qui per peccatum

tum in Diaboli manus pervenerunt, & in laqueos mortis ceciderunt. Oculi sunt in amore (vero & Christiano) duces. Effecit intuitu suo redemptor, quod Sol conversus, aspiciensq; Orizontem nostrum, efficere assolet, inde enim venit ingenium homini: aurora Musis & studiis amica. Venit lux tenebris, venit calor frigidis, venit liquor constrictis. Totus Petrus in imbres lachrymarum, instar nivis aut glaciei solvitur, cum Sol Christus eum intuetur. *Mea Anima*, devota anima, firmissimè credas, & nullatenùs dubites, neminem hic posse pœnitentiam agere, nisi quem DEUS illuminaverit, & gratuita sua miseratione convertit. Si igitur quid boni scimus, opus DEI non hominum. August. Epist. 130.

Domine JESU, respice me miserum peccatorem, sicut respexisti Petrum

trum in atrio, Mariam in convivio, Matthæum in telonio, Publicanum in templo, Latronem in patibulo: concede mihi, ut cum Petro dignè fleam, cum Maria Magdalena ardenti te amore diligam, cum Matthæo te ad convivium adducam, cum Publicano pectus percutiam, & cum latrone in fecula feculorum te videam. AMEN.

Spem dat Latro, David, Paulus, Petrus, atq; Maria,
Perfidus inſpiciat Petrum, prædoq; latronem,
Crudelis Paulum, quærens terrena, Matthæum,
Zachæum cupidus, immundus carne Mariam.

MEDI-

VIOLAR.

MEDITATIO XXVII.

UBI QUINTUM ET SEXTUM IN SECUNDO FASCICULO VIOLARII TERTII.

Jerem. 6. Fac tibi planctum amarum, quia repentè veniet vastator.

Jerem. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?

Augustin. de vera & falsa pœnitentia cap. 9. Satis durus est, cujus oculi carnis, dolorem nequeunt declarare mentis.

ANima *Christiana*: Quintum in secundo fasciculo violarii tertii est lachrimarum Petri emissio: Petrus post Christi intuitum & galli can-

cantum flevit: Satius est flere in hoc seculo, quàm in futuro. Beati flentes, & in fide permanentes. Matth. 5. flevit πικρῶς, amarè. Fuerunt lachrymæ Petri non præficarum.

—— *quæ conductæ plorant in funere.* Horat. in fin. artis Poeticæ, non alicujus equi, ut quidem Homerus, de Equis Hectoris.

Post bellator equus, positis insignibus Athon.

It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora. Vrrgil. 9. Æneid. non Crocodili Crocodilus lachrymari perhibetur, in spectο homine. Lachrymatur, dum quosdam perdere vult, ipse prius. Ex Plinio Crocodili lachrymæ ficticiæ dicuntur & subdolæ; non secus ac fœminarum faciles & innutiles leves omninô, quæ in perniciem effunduntur, ut technas suadeant.

Busta-

VIOLAR

Buſtamontin. de Animantibus S. Scripturæ. tom. 2. c. 11. l. 6. p. 1301. Camerar. in Meditat. hiſt. tom. 2. c. 26. p. 109. ſed veræ, ſeriæ, ex intimo corde profuſæ, largæ acerbæ, quaſi continuæ. Lyran. ex libro Apocrypho, videlicet itinerario Clementis refert, quod Petrus ex illo tempore conſuetudinem traxerit, ut à primo Gallorum cantu, uſque ad horam matuti nam ſtaret flens in oratione. Quamvis hæc traditio ſit incerta, tamen dubium nullum eſt, quin Petrus toto vitæ tempore hunc triſtiſſimum ſuum lapſum ſeriis lachrymis aliquoties, deplorârit. D. Gerhard. l. d. p. 291. Ejus lachrymæ anguſtiationis, devotionis, contritionis: pœnitentiæ ſpeculum in Apoſtolo Petro habemus, miſeris peccatoribus ſeriò proponendam. Wann ich Petrum anſihe (verba D. Lutheri) So lacht mir das Hertz im Leib: Dann ob

ob ich wol ein armer Sünder bin / So ist doch Petrus auch ein armer Sünder/vnd wenn ich Petrum mahlen solte so wolte ich auff alle seine härlein malen diese Worte: Peccatorum remissio: Vergebung der Sünden. In petro videt peccator, quid ab ipso requirat Salvator. Ex istis Violis semen, mea Anima recipe, quod prodest contra morbum comitialem, quem voco desperationem (das ewige hinfallend.)

Continet autem semen istud, 1. *Veram contritionem*: quæ solvitur in lachrymas, Christus Petrum non allocutus, sed intuitus. Initium salutis, notitia criminis. Qui peccare se nescit, corrigi non vult. Senec. l. 3. Epist. 28. Sicut pœnitentiæ comes est dolor: ita lachrymæ testes sunt doloris. Augustin. in homel. Qui flet ad ostentationem & laudem, magis culpâ dignus est, quàm qui corporis studio pul-

pulchritudinis coloratur fucis, scabieque depingitur. Chrysostomus hom. 6. in Matthæum. Der geistlich Außstrich ist gefehrlicher / denn der leiblich. Verè contritus erat, Abbas Clarevallensis super Cantic. terrore, perdite vixi, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Idem serm. 3. de amore Domini: dicat unusquisque in pavore suo: Vadam ad portas inferi, ut in sola Dei misericordia respiremus.

2. *Meriti Christi per fidem applicationem.* Lachrymas Petri lego, satisfactionem non invenio. Ambro. in cap. 22. Luc. l. 10. Satisfactiones istæ quid aliud sunt, quàm aurifodinæ? Crantz. in Metropolit. l. 7. c. 42. Ante peccatum supplicia sunt signa iræ, post remissionem peccati, signa castigationis atque gratiæ: Sunt emendatoria non interfectoria; δοκιμασιας,

μασίαν, non τιμωρίαν; qui de venia peccatorum suorum desperat, Deum esse misericordem negat. Augustin. in Marc. c. 23. Merita nostra hîc non merita sunt: Meritum meum miseratio mediatoris: sufficit ad meritum scire quod non sufficiant merita. Bernhard. 68. serm. sup. Cantic. Dic, quod nec cordis contritione, nec oris Confessione peccata dimittuntur, sed tantum gratiâ Dei. Decret. de Pœnit. dist. 1.

3. *Vitæ correctionem semen continet:* Unde Sextum in secundo fasciculo violarii tertii. *Egressus forâs* Quam diu fuit Petrus in atrio pontificis, ne quidem lachrymulam emisit, quam primùm autem se forâs projecit, amarè flevit. Quos respicit Jesus, plorant delictum. Ambros. l. 01. in Luc. Quos è mundo separat Jesus, illorum cor ita immutat ac visitat,

ut

ut fiant amara, quæ prius erant dulcia. Bernhard. serm. 7. de sept. pan. col. 180. Revalescenti incumbit, ut non diætam servet in triduum, sed in continuum: Pœnitentis est, non hodiè tantùm bonum quod est, agitare, sed in bono perseverare. Malignus spiritus hoc, quod intra nos cupimus mundare, sine intermissione tentat iterùm sordidare. Isidorus, de summ. bon. l. 3. c. 5. Qui plangit, & plangenda iterùm admittit, idem facit, ac si quis laterem crudum lavit; quem quantò magis laverit tantò amplius lutum faciet. Id. l. 2. c. 13. Ach du gütiger / Ach du gnediger HErr Jesu / (verba Hilleri, in amore crucifixi. med. 26.) Ich lige mit Petro vnter einer Sünden deck / ich gebe dir aber auch ein Peters plick: Ach erbarme dich doch auch vber meine arme Seel / vnd nim dich derselben hertzlich an / daß sie doch nicht verderbe. Ach

nur

nur ein Gnadenblicklein auß deinen blutigen Wunden: Ach nur ein Brosamlein von deinem Thränen verdienst: Ach nur ein Blutströpfflein/auß deiner auffgespaltenen Seitten: Ach nur ein Gedänckelein von der Rechten Gottes/ an mich Armen Sünder/Ach nur ein einiges Trostwörtlein/zu meiner Seelen/bitte ich: So werden die Gebeine frölich werden/die du so zuschlagen hast. AMEN.

Intuitum redde unicum,
JESU Salvator omnium,
Da cogitatiunculam,
Ad Patris esse dexteram,
Et gratiæ da miculam,
Tui cruoris hœminam,
Da consolatiunculam,
Et post perennem gloriam.
AMEN.

VIOLAR

MEDITATIO XXVIII.

Ubi Tertius Fasciculus Violarii Tertii.

Psal. 41. Adversùm me cogitabant mala mihi.

Chrysost. om. hom. 86. in Matthæum. Inimici Christi quasi venatores ferâ inventâ, sic violentiâ & furore ferebantur, solennitatem habere credentes, & ingenti cum voluptate insilientes.

PERCUSSUS LIBERAT.

Anima devota, tertius violarii tertii fasciculus est Adversariorum impetus valdè Diabolicus. Verè JESUS tuus cerva matutina. 1. propter imbecillitatem: Exinanivit se Christus, ut humiliaret se Christianus. 2. propter

pter fœcunditatem: Cerva suos catulos protegit: Salvator Christianos suos defendit. 3. Carnis sapiditatem: Caro Cervina Magnatum prandiis apponitur, non pauperum mensis; Caro Christi prodest credentibus, nocet indignè illam accipientibus. 4. Insidiarum pluralitatem: Non tantùm cervis insidiantur venatores publici, sed etiam clancularii, operarii servuli, & ex plebe socii: Ecce Cervam hîc in Consistorio matutinam valdè afflictam, attamen invictam, contra quam alii non pauci insurgunt. Cœterùm qui? non juvenes, vel planè pueri; illis enim deest judicium, nec distinguere possunt inter dextrum & sinistrum, inter album & nigrum: non mulierculæ, quæ aliàs ad singulare factum non ineptæ. Eva Parentem nostrum seduxit, Genes. 3. Jaël Sisaræ caput clàm transfixit, Judic. 4.

VIGLAR

Delila Simschonem captivum fecit, Judic. 16. fœmina Abimelechum lapide injecto interfecit, Judic. 9. Sed hîc Viri contra Christum insurgunt: Viri, qui à virtute nomen habere debebant, non à crimine: Viri infames, lictores, apparitores, calones; si quid videbant dominis placere, illud solebant strenuè urgere. Sic Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Quid viri hi faciunt? 1. *Constringunt.* συνέχειν est constringere. Constrictum tenere. D. Gerhard. l. d. p. 301. Constringunt nebulones, eum qui venit solvere peccatores.

2. *Illudunt*: Prædixerat illas illusiones Christus. Matth. 20. Marc. 10. Luc. 18. Et quidem illudunt παροινῶντες, temulenti, ex Chrysostomo, homel. 85. in Matth. Nicephor. l. 1. histor. Eccles. c. 30. noctè ab ebriis ministris illusus & blasphematus est. Theophyl.

phyl. in c. 12. Luc. Nobis debebatur æterna illusio; sed Christus hoc debitum peccatorum nostrorum supplicium in se suscepit, ut ab illo nos liberaret. D. Gerhard. l. d. p. 513.

3. *Cadunt*: unde Propheta: Vidimus eum percussum à DEO, & humiliatum, Esa. 53. colaphizatum. Enthymius Græcus autor, & alii exponunt de percussione colli, per quam non solum aucta læsio passionis, sed etiam contumelia despectionis. Convenit tamen magis originem & significationem illam exponere de percussione capitis, quàm colli. D. Gerhard. l. d. Ibi opere & facto completum: *In virga percutient Judicem Israel, super maxillam.* Mich. 4. 14. Colaphis illis, quibus Salvator in capite percussus, manum complosione lætitiam testati sunt hostes, ut grato corpore & ore ei applauderemus, ex Hieronymo. Qui casus colaphis Judæorū, cæditur nunc

blasphemiis falsorum Christianorum. Beda.

4. *Faciem tegunt.* Velant faciem Christi, qui peccata, quæ in abscondito perpetrant, ab ipso neutiquàm videri somniant. D. Gerhard. l. d. p. 309. Discant hîc illi, qui larvati & personati (verba D. Gesneri, in pass. Dominic. c. 16. 190.) Bachanalia celebrant, tectaq; vel picta facie per plateas discurrunt, quod in suo corpore æquè Christum afficiant contumeliâ, acisti nocturni nebulones: Etliche verhengen jrem HErrn Christo sein Angesicht/ vnd schlagen vnd reuffen jhn/ wie man mit einer blinden Kuhe/ oder deß Richters spielet. Matthes. part. 2. de vita Christi. conc. 4. pag. 14. sic à seipsis gratiam cognitionis absconderunt. Gloss.

5. *Quærunt: Prophetiza, quis est, qui te percussit?* Weil er sich für einen Propheten außgeben/ solt er plintzlich rahten/

rahten/wer jhn geraufft. Unde omni prophetia privati sunt, percussi & castigati. Origen. Tract. 35. in Matth.

6. *Blasphemias repetunt:* Magna blasphemia Judæorum, maxima impiorum Christianorum. Viola juxta cœpe vel allium sata, fragrantior: unius fœtor confert ad alterius benevolentiam. Quare transfert hortulanus violam ad locum, ubi cœparum & alliorum est copia? ut scilicet odorem suum longius latiusq; diffundat. Ex Pierio Valer. Sandæus, in Flor. mystic. pag. 205. Cœpe & allium sunt vincula, sputa, illusiones, colaphi, velamenta, nœniæ, blasphemiæ, inter illa omnia viola Christus, olet quàm fragrantissimè, sibi ad præconium, tibi ad exemplum. Vincula sunt Christianorum ornamenta. Missus est Christus, ut nos ab illosionibus Dæmonum liberaret. August. serm. 18. de Tempore;

VIOLARIAM

Sputaminibus fuſceptis faciem animę noſtræ lavit. Hieron. Conſpui voluit, ut nos lavaret. Gloſſa. Symbolum & nota ſervitutis eſt colaphos pati: In aulis mos obtinuit, ut ſi quem armatum velit Dominus, ei infligatur colaphus, hiſce verbis: hunc à me extremum patere, & inpoſterum à nemine: quem ita colaphizatum poſthâc volunt digladiatum: Er ſolt alſo Wehrhafft ſeyn. Qui mos nihil aliud, quàm depoſitio aulica. Pugnos, verbera, alapas, paſſus eſt Salvator, ut nos in libertatem aſſereret: velatur, ut velamenta cordium auferret. Gloſſa, in c. 14. Marc. Prophetarum Dominus, quaſi Pſeudopropheta irridetur. Theophyl. in c. 14. Marc. ut veritatem mundo inviſam declararet: Blaſphemias, convitia, maledicta, ludibria, ſannas, ſarcaſmos, pati voluit Dominus, ut nos gloria & honore coronaret: quæ cũcta, licet doloroſiſsima, tamen

men pulcherrima & gloriosissima: nec minus nos hi dolores efferunt sublimes, quàm mille mortui, quos Salvator excitavit. Chrysostomus, hom. 86. in Matthæum. Vis esse è Christianorum ordine sputa, colaphos, alapas, accipe, Nazianzenus. Orat. 38. de nativit. Christ. circ. fin.

Domine JESU, Domine Salvator, vinculari debeo; fortitudinem largire: illudi, patientiam; cædi, mansuetudinem, constantiam: Tecum pati, tecum mori, tecum coronari volo, triumfare volo in æternum. AMEN.

——per hos colaphos, caput est sanabile nostrum.

Sputa hæc per Dominum nostram lavêre figurum,

His alapis nobis libertas maxima plausit. Sedulius, l. 5.

MEDITATIO XXIX.

Ubi quartus & ultimus Fasciculus Violarii tertii.

Matth. 23. Sedent in cathedra Mosis.

Plus credendum simplici Laico Scripturam proferenti, quàm toti Concilio. *Panormitanus, ad Canon. significe. tit. de electis.*

HOSTIS TIBI CHRISTE SACERDOS.

MEa anima, devota anima, quartus & ultimus violarii tertii fasciculus est *Sacerdotum & Scribarum zelus valdè intempestivus*: qui satis elucet. 1. *ex perversa alacritate*: Conveniunt seniores plebis, & principes Sacerdotum & Scribarum: Die gantze Priesterschafft / vnd alle Vorsteher des Jüdischen Volcks. Boemus, in spectac. passion. conc. 62. p. 197. Conveniunt: γενομένης πρωΐας; ut factus est dies. Ex quo immane odium erga Christum apparet, & vigilant industria ad malũ.

D. Ger-

D.Gerhard.l.d.p.310. Sic scilicet filii seculi sua tempori conficere solent: In spectandis choreis, ludis scenicis, & mundi vanitatibus, facilè somnum oculis excutimus, sed in auditu verbi segnes atq; pigri sumus, remissi, & ad somnum proni sumus. Conveniunt magno numero, damit/was jhnen am Rhat abgienge/ an der Zahl wider zugienge. Matthes. Tom. 2. de Vit. Christi. conc. 4. p. 14. Prius Salvatorem condemnant, quàm judicant: prius fiunt carnifices, quàm judices. Ducunt Salvatorem in Concilium, cum jàm illi assignassent supplicium: in concilio illi justitia calcata, virtus depressa, ratio obruta; nemo pro innocente assurgit: nemo beneficium excusationis, vel tempus defensionis exposcit. Simon de Cassia. Cùm in hoc Conciliabulo summus Pontifex horribilitèr erret, quâ veritatis specie, absoluta &

authentica autoritas, adeoq; simplex infallibilitas, conciliis tribuitur? D. Gerhard. l. d. p. 173. *Ducunt, & dicunt: Si tu es Christus, dic nobis.* Vel eo sensu, quo Scriptura de Christo loquitur, quôve Christus ipse se Messiam fuit professus; vel sensu eo, quô ipsimet Pontifices, Scribæ, ac Pharisæi de Messia, sive Christo loqui solebant. Priorem sensum nos hîc amplectimur. Salvator non tacet ad illam quæstionem, cum casum salutis concernat: Probare suam divinitatem poterat, 1. per vaticinia. Genes. 49. 2. per miracula. 3. per Scripturarum testimonia; Sed ait: *Si vobis dixero, non credetis mihi: Si autem etiam interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.* &c. Allegat 1. Sacerdotum ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν: Credere non vultis, ait, operibus, multò minus sermonibus. Hæc scilicet

pestis

pestis est excœcatorum, & à Diabolo fascinatorum hominum, ut nec manifestis verbi testimoniis convinci se patiantur, nec informationem aliquam admittant. D. Gerhard. l. d. p. 313. quæsiti non respondent, Convicti de iniquitate, innocentes è vitæ statu dimovent: illorum consilium sanguinis debet habere rationem juris. Sic multa faciunt adversus creatorem, propter humanum furorem. Bernhard. 2. futuram majestatem atq; gloriam. Ex hoc autem erit Filius Hominis: prior confessio fuit nominalis, illa realis: Putatis, inquit, me nudum esse hominem: sum quidem admodum minoratus, mox tamen ad dexteram virtutis DEI evehendus: Visuri estis in majestate, quem videre noluistis in humilitate. Gregorius l. 24. super Matthæum. Quis sedebit ad dexteram virtutis DEI? Filius hominis, qui nunc vilis &

abjectus, inglorius atque despectus. Christus secundum humanitatem in tempore ad dexteram patris collocatur: altissimus non exaltatur, sed caro altissimi: assumpta natura evecta est in ipsam τῷ λόγῳ ὑπόστασιν: ideò etiam particeps facta, in illa ipsa ὑποστάσει, divinæ majestatis, potentiæ ac gloriæ D. Gerhard. p. 269. Quando sedebit? Ex hoc, ἀπὸ τοῦ νῦν: quod rectè accipitur de toto exaltationis statu, qui statim post triduum in resurrectione cœpit, & post glorioſam in cœlos ascensionem, Spiritu S. super Apostolos largiter effuso, ad dexteram DEI se evectum esse, in conspectu omnium demonstravit. Actor. 2. Quid? dextera virtutis? non tantùm finita est gloria, honor aliquis, atque nuda ἐξουσία, qualis Bathsebæ ad dexteram Salomonis collocatæ. 1. Reg. 2. sed est δυνάμεως, virtutis

virtutis ac potentiæ, & quidem cœlestis. Si Dei sedes dignitatis nomen est, à dextris determinatur filio, Patris sedes dignitatis æqualitatem significans. Basil. adverſ. Apolo. Eunom. l. 1. circ fin. Elais Cretenſ. orat. 4. Sedere filium à dextris Patris, ſingnificat eum & bonorum & δεξιῶν. h. e. præſtantium patris donorum participem eſſe. Certè Chriſtus nudus homo non eſt, nec ſaltem DEus, ſed DEus-homo. Ejusdem periculi res eſt, vel corpus dicere ſine Deo, vel Deum ſine corpore. Hilar. Chriſtus eſt Deus fortis. Eſa. 9. Deus laudandus. Rom. 9. magnus. Tit. 2. 1. Joh. 5. filius Dei. Pſ. 2. Filius unigenitus. Joh. 3. propriꝰ. Rom. 8. Omnis, qui annunciat unum & ſolum Deum, ut tollat Chriſti divinitatem, is eſt Diabolus, & hoſtis juſtitiæ. Ignatius Mart. epi. 9. ad Antioch. 3. allegat Chriſtus veritatē & juſtæ cōfeſſionis regulā.

Iterum

Iterum quærunt Sorboniſtæ, ſive Sophiſtæ: Tu ergò es Dei filius? Ad quod Salvator: Vos dicitis id ipſum, quod dicitis, aſſero, eum, de quo quæris, me eſſe profiteor. *Ego ſum.* Das erſte Wort iſt etwas dunckel / Aber das ander klärer / dann die Sonn am Himmel. Bruno. part. 3. paſſional. conc. 2. p. 346. rotunda, hæc & categorica, reſponſio, quæ non indiget interpretatione, ſed repetitione. Ob jhr mich ſchon an das Creutz bringt: Wil ich doch Gottes Sohn ſeyn vnd bleiben / von nun an bis in Ewigkeit. Matthes. tom. 2. de vita Chriſti conc. 4. p. 14. Principes ſacerdotum ſolvatorem hominem nudum putant, non verum Deum. *Zelus eorum 2. patet ex condemnandi iniquitate.* Tam citò condemnant Salvatorem ad crucis patibulum, quàm animal ad ſacrificium. Dicunt quid adhûc deſideramus teſtimo-

simonium? ipsi audivimus ex ore ejus. Quæ verba iterum spirant arrogantiam Pontificis. Habetis, inquit, reum confitentem: propria & spontanea confessio mille testibus meritò præfertur. D. Gerhard. p. 272. Sic scilicet nullius Concilii finis lætus & faustas est: Potius enim accessionem malorum habet, quàm depulsionem. Niceph. l. 8. c. 49. Cæterum tu Domine Jesu, Concilium tuum coge, habendum in nubibus, & omnem securitatem remove à cordibus, Amen.

Sectarios nos calamitant
Nostrum petunt cruorem,
At Christianos se vocant,
Dei crepant amorem
Quibus Deus nomen tuum
Velamen esto criminum.
Quando Deus resurges?
Ridebis in Cœlis Deus.
Hos tute moriones.
Ludes eorum providus

Deli-

VIGLAR.

Deliberationes,
Intus hos asseveris,
Redarguesq; criminis,
Turbabis in furore.

MEDITATIO XXX.

Continens utilitatem quarti & ultimi fasciculi in Violario tertio.

Matth. 24. Qui hæc legit, intelligat.

Epiphan. Non potest satiari impudentia, non potest repleri insipientia. (nil potest remittere Pontificum insania.)

EADEM NARRATUR FABULA.

ANima Christiana, anima fidelis, Violæ semen Scorpionibus adversari, Plinius autor est. Scorpius anti-

antiquorum Deus, cultu & obſervatione, maxima habitus, inter omnes Deos Ægyptiorum: ore minatur, & cauda tandem icit. In ſcythia morſus oris & dentium lethalis eſt. Buſtumantin. de animantibus Sacræ ſcripturæ l.6.cap.13,p.1321. Scorpionum haut pauci ſunt, quibus violæ ſemen obiiciendum. Habemus 1. Pontifices, qui fuêre Chriſti judices & carnifices: fuerunt Pſeudodoctores: talem enim populo prædicabant Meſſiam, qui regnum habiturus, non cœli, ſed mundi, non gratiæ, ſed caducæ gloriæ: Fuerunt legis depravatores, cujus externam obedientiam commendabant, internam reiiciebant: fuerunt traditionum admiratores; tot habebant traditiones, quot vanas ſuperſtitiones: fuerunt occiſores Matt.23. Prophetarum & animarũ: Fuerunt Calumniatores. Joh.8. Fuerũt ambi-

VIOLARIUM

ambitionis sectatores, fuerunt avidi pecuniæ. Wolten alles gern im Cors oder Körlin haben. Fuerunt dediti inertiæ, faul in Gottes Dienst / Fuerunt servi illecebræ, weiche wollüstige Leut: Fuerunt ofores futuræ gloriæ. Judicem non attendebant, tribunal positum non cogitabant, Christi personam in definenter vellicabant.

Scorpionibus istis nihil aliud obiiciendum, quàm semen violæ, hoc est, particula Christi-patientiæ, quæ maxima pars Christianæ sapientiæ.

Sacerdotes manè surgunt ad Christum examinandum; nostri ad Evangelium radicitùs extirpandum.

— *Surgit de nocte Sacerdos*
Ut jugulet verbum.

PATIENTIA. Ut illi vigilant in Christo occidendo, sic hi in Christo retinendo. Nullum consilium, etiam matutinum, contra Dominum, nullum

lum concilium, etiam circà auroram, contra fidem congregatum, felicem habet exitum. Quis ante Deum surgere potest, qui vel homines in profundum somnum coniicere potest? surrexit ille, antequàm tu esses, & tu contra illum insurgeres.

Surgant Adversarii & resurgant: Tuum est, mea Anima, patientiam exercere, non potentiam. Tuum est surgere in suspiriis, si adversarii manè pergunt in ferendis malis consiliis. Nobis infensi sunt, non rudiores ex plebe, sed Principes ex sacro ordine. Nihil magis odisse pergunt, quam Evangelicos: qui tamen Decalogum, symbolum, orationem, Christum, & futuram gloriam, fibritus amplectuntur, diversi ab adversariis, quot extra scripturam nihil pro salute credant, præter Christum, caput aliud non agnoscânt; hominum mandata

reiiciant, & se Christi sanguine ac passione unicè salvari, unanimiter statuant. PATIENTIA. Etiam Salvator habuit in Sanhedrio contradictores, quid mirum, si nos Evangelici hodieque in sacro ordine experimur irrisores? Maximopere errant Scribæ in Concilio: Unde itaque infallibilitas in Præsulis Romani scrinio? DEUS ille vocatur, non homo. PATIENTIA. Neque Apostolicum Concilium sine errore fuit. Galat. 2. neque Petrus immunis à sinistra opinione fuit: quî Pontifex Romanus esset? Si errare non potest, etiam mori non potest: per peccatum enim mors. Roman. 5. Principes sacerdotum, quantumvis eruditione præclari, ignorârunt verum Messiam, modò quærere necessum habent: Si tu es Christus, nobis dic. Sic minus necessaria

sia procurabant, necessaria in Religione relinquebant. Quoties nostri Aristarchi quærunt: Si vos estis Christus, dicite nobis. Evangelium vestrum, annè Dei verbum, religio vestra, annè orthodoxa? Potius tortodoxa est, potius quintum Evangelium est. PATIENTIA. Habes hic semen violorum, quod objicies semini viperarum. Etiam Salvator videt, qui de illius Persona, officio, verbo dubitabant, & blasphemias in illum eructabant; dum nos illi ferire cogitant, vulnerant seipsos, imò Deum ipsum: Verbum enim non nostrum est, sed DEI est. Adversarii nostri valdè increduli, licet scripturarum testimoniis in religione convicti: Si dicimus nos illis ex verbo, illi Verbum habent pro capitis nostri liripippio. Si fundamenta illis nostra obtendimus,

vel

VIOLAR

vel planè non respondeat, vel confusè, vel sar, casticè: in ergis sunt mutæ, in παρέργοις Consonantes. Vix scriptum ab illis prodit, quod non plenum lædoriæ & inficetiarum. Innocentes non dimittunt, sed per vim illos apud se manere volunt: tot lachrymis, suspiriis, quærimoniis, susq; deq; habitis. *Patientia.* Hic semen violarum adversus progeniem viperarum etiam salvator habuit; qui non credebant instituti, non respondebant quæsiti, non dimittebant, de temeritate & iniquitate convicti. Principes Sacerdotum neq; judicium noverunt, neq; judicem, neq; filium hominis, neq; sessionem, neq; dexteram virtutis Dei. Proh quantos Theologos, quanta scientiæ lumina, & Ecclesiæ columina lignei isti Sacerdotes verè erant, non aurei: fratres erant ingnorantiæ, non scientiæ, qui hodieq; socios habent adver-

adversarios, in quorum oculis nostri sunt vocalia & inania prædicabilia, stentores imperiti, Logices atque artium ignari, caudices, stipites, qui neque Sacramentum conficere, neque administrare queant. PATIENTIA. Etiam Salvator à Sacerdotibus illusus rejectus & despectus fuit: interim ille doctior fuit universo collegio, licet despectior cæteris in Synedrio. Salvator personæ suæ majestatem demonstrat, & ad futurum judicium provocat. Adversarii nostri habeant eruditionem etiam transmarinam, nos sapientiam planè divinam. Cogitent illi de inferendo nostris exilio; nos cogitemus de futuro judicio: Cogitent illi, quomodo Papa sedeat ad pompam mundi, nos cogitemus, quomodo Christus sedeat ad dexteram virtutis DEI, ubi nulla essentialis naturarum exæquatio, nulla Physica

transfusio, nulla proprietatum naturalium abolitio, sed personalis communicatio, ex unione personali resultans, ejusq; conditionem sequens. D. Gerhardus l.d.p.269. Id quod absconditum mundi sapientibus, & revelatum Scribturam indesinenter inquirentibus. Sacerdotes in auditâ causâ Salvatorem condemnant, & veritatem blasphemiam ebuccinant. Faciunt id hodiè Antagonistæ. Damnant nos inauditos, relegant nos non convictos: Evangelicus est, ad breves Gyaros & carceres relegetur. Evangelicus est; ipsi fides promissa non præstetur. Evangelicus est? sed præstat hæc tacere, quàm ulterius loqui, cum ipsa veritas loquatur: PATIENTIA. Etiam Christus innocenter condemnatus fuit. Quod factum est in Domino, non admirari debemus in servulo, patientia, patientia, semen nostrum

strum violarum sit, à Christo in passione usurpata, & nobis in exemplum commendata.

Domine JESU, obsecro mihi confer semen violarum, ut hôc amovere queam progeniem viperarum, & sic inhabitem Paradysum animarum. AMEN.

Nil est in mundo melius, quàm noscere Christum.

Christus enim viola est, hôc sine nulla salus.

Restituit vitam nobis, per sputa, coronam,

Clavos atq; crucem, dira flagella, necem. D. Giffen.

MEDITATIO XXXI.

Ubi incipit Violarium QUARTUM, in Herodis palatio, & continet περιηγήματα.

Esa.53. Oblatus est, quia ipse voluit.

Theophylactus. Judæi per multa tribunalia Christum clarum reddunt.

JUDEX SUB JUDICE.

ANima *Christiana*, dies hodiè vigiliæ, non incuriæ, der Mittwoch: Vigilandum & videndum, quomodo Christum Herodes tractaverit. Est septimanæ passionalis medium. Ubi quartum habemus violarium, in quo occurrunt προηγούμενα, antecedentia: Ubi 1. *multitudo insurgens*: Conjuraverat in Christi necem multitudo, executionem à Pilato Judice postulatura, vel si res hâc ita non processerit, de seditione excitata & affectato regno accusatura. Surgunt itaque ad unum omnes. OMNIS multitudo

titudo surrexit, omnis in Christi mortem consensit, pauci vel nullus in ipsius vitam: Sie wollen alle an Christo zu Henckern werden.

2. *Ducunt*; quò ducunt Salvatorem? ad Pilatum. Quis ille? Spurius, ceu nothus, Tito Rege natus. Quid boni speres ab hoc ortu? Mali corvi, malum ovum.

—— Succedit avô deterior nepos.
Et major placet culpa minoribus.

Senec. in Thyest. Pilatus patriâ Lugdunensis. Ravis. in offic. Tit. qui sibi mortem conscivit, nomine Pontius, & cognomine Pilatus.

Pontius insigni Romanus origine gentis. Vida l. 2. Christ.

Prorex à Cæsare Romano in Judæam missus: vel à pilo & pila cognominatus, quod scilicet vel illius faciei aut dorso innata pili figura, vel quod dexterrimè pilo pugnaret, vel quod

pila duo aut tria prorex iratus gestaret. Bosquier. l. d. p. 328. vel à pileo, quem fortè crebrius indueret. Sed transeant ista incerta, & parùm utilia. Ad Pilatum ducitur Christus, Weil der Scepter vnd das Ober / oder Halßgericht hinweg war. Nach Jacobs Prophecey / vnd weil der Keyser den Blutigen vnd Auffrührischen Pfaffen / in die Würffel gegrieffen / vnd die Schantz gebrochen. Matthes. l. d. p. 16. Fuit hic Pilatus sextus provinciæ præses. Josephus, l. 18. antiquit. Judaicar. c. 4. Ist wol kein geringer Mann gewesen / dann die Römer setzten nicht Narren vber die Eyer / vnd Gänß auff die Stüel. Boemus in spectac. passion. act. 3. conc. 63. p. 212. Cujus in symbolo memoria. 1. propter historiæ passionis veritatem: addendum erat Judicis nomen propter

pter temporis cognitionem. Augustin. de fid. & symb. c. 5. 2. propter factam adventus Messiæ dignitatem. 3. ad contestandam Salvatoris innocentiam atque integritatem. Audit Pilatus, invenit innocentem, videt populum sævientem, se excusat, & dicit: *Ego in eo causam non invenio*: ad Judicem, ô Judæi, quasi cum reo veniſtis, sed innocentem legibus tradidiſtis, in quem nullum crimen probare potuiſtis: O cœcitas Judæorum, ô furiæ phræneticorum! Augustin. de Symbol. ad catechum. c. 3. 4. ad insinuandum judicibus sinceritatem, daß ſie den Sachen richtig vnter Augen gehen / vnd keinem Christen kein falsch Vrtheil ſprechen. Ad hunc Sacerdotes CHRISTUM ducunt: habebant enim morem, ut, quem adjudicassent morti, ligatum traderent judicij. Executor

VIOLAR.

enim Pilatus esse debebat sævitiæ, non arbiter causæ. Leo serm. 3. de passione Domini. Sic judicum multitudo vel invitis veritatem extorsit. Chrysostom. homel. 82. in Johann.

3. *Multitudo accusationem nec audiens ac dicens*: Ego, tu, ille, Ego condemnavi JESUM, Tu minister Justitiæ, occidi jube condemnatum: Ille, quem sisto dignus est, qui ducatur ad supplicium. Hæc mira pronominis declinatio nihil aliud, quàm injusta & cruenta condemnatio. De tribus Salvatorem multitudo apud Pilatum accusat. 1. quod gentem subverterit. O mendacium vægrande, gentiles Salvator non subvertit, sed convertit. Διαστρέφειν, est pervertere conturbare. Syrus ait: invenimus, hunc errare facientem gentem nostram. Invenimus, ait, prævia exacta confessione atque cognitione: inveni-

invenimus τὸ ἀνάξιον, indignum putat nomine, quod tamen adorant Angeli in humilitate, pervertere gentem, errare, conturbare populum: unde Salvator dicitur Pseudopropheta atque hæretieus. 2. quod Cæsari tributum dare prohibuerit: unde Salvator illis seditiosus. 3. quod se Regem dixerit; unde Salvator Magistratus Politici adversarius, quæ singula sunt impudentissima mendacia, & notoriè falsa. D. Gerhard. p. 393. Quomodo ille everterit, qui venit ad convertendum? Boni viri officium, errores hominum constringere, atque in viam revocare. Lactantius, l. 5. c. 18. Quomodo ille tributum dare prohiberet, qui venit ad largiendum? Ubi prohibuit Christus tributum dare? Theophylact. in c. 23. Luc. Quomodo ille regnum mundi appeteret, cùm apparuerit ad regnum suis impartiendum? Professus

quidem est, se Regem, sed non talem, qualem inimici fingebant; sed talem, qualem oracula sacra describebant. Regnum suum seculorum est, non seculi: non arripit mortalia, qui regna dat cœlestia: Er sucht kein irrdisch Königreich / der vns dargibt sein Himmelreich. Viola apud nos oritur prima, inter fructuosas veris delicias, cujus copia non deest, tàm in montibus, quàm in vallibus. Sandæus, in Flor. p. m. 189.

Primum hunc in Violario quarto fasciculum apprehendat omnis Evangelicus, sive Dominus, sive subditus: Etiam violas suas valles habent; etiam tenuiores hic doctrinam habent. Salvator se patitur ad gentilem judicem duci, & graviter sine omni causa accusari. O non dicendam satis humilitatem & beneficentiam! Sanè malè cum Evangelicis agitur hoc tem-

tempore: ad judices protruduntur, & iniquè accusantur. Sed fasciculum hunc primum arripiant & cogitent: quod processit in capite, mirum non est fieri in toto corpore. Ducendos, ait Salvator, suos ἡγεμονὰς, ad Præsides & Reges. Matth. 10. Marc. 13. Luc. 21. Psalticum itaque illud avidè arripiendum: Loquar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundar. Psal. 119. In ipsa hac sueta & violenta ductione, multum tibi, ô Anima, conducit fasciculus primus Myrrhæ, in Christi Salvatoris potione. Accusant hostes Salvatorem, ajentes: Er hab falsch gelehrt / quod illis est, gentem evertere; Er habe sich am Keiser / vnd seinem Cammerguet vergriffen / quod illis tributum Cæsari denegare: Er habe sich vor ein König vffgeworffen / quod illis est Regem mundanum se demonstrare. Das

VIOLAR.

sind Juristen vom geistlichen Recht. Verba Mattheſii, l. d. p. 173. die gehen mit lauter Lodentuch/ vnd Tyraniſchen Fiſchen vmb; wie ſie dann in jhren diſputationibus, alle jhre argumenta vnd ſolutiones auß der ſcheiden/ vnd quatuor elementis, vnd injuſtis cauſis ſpinnen. Tria ſunt, quæ nobis Evangelicis ab Adverſariis intentantur, ſed præter jus & verum noſtram doctrinam, ubiq; aſſerunt, eſſe falſam atque ſpuriam, noſtram Obedientiam erga Cæſaream Majeſtatem nullam, aut valdè exiguam, noſtram ſententiam de rapiendis Eccleſiæ bonis eſſe unicam & expreſſam. Cœterùm is, qui in altis habitat, qui renes & corda probat, in cujus conſpectu illa meditor, in chartas conjicio, clariſsimè novit, nos verè Evangelicos, (de Pſeudo Evangelicis mihi nunc ſermo nullus)

nullus.) salvificam & in sacra scriptura assertam fovere doctrinam, etiam usq; ad sanguinem propugnandam: novit nos contra Cæsaream Majestatem non stare, sed illius violatores increpare; novit nos non impetere alienum, sed vi, quâ possumus maxima, conservare nobis optimo jure relictum.

Sanctissime Jesu, compesce accusatores nostros, ut si accusare in posterum nos volunt, faciant cum veritate, vel nobiscum vivant in fidei unitate, vera charitate, ne suppliciorum fiant participes cum infernalium societate, AMEN.

——Proclamant ore nefando;
istum Lex hominem nostra perire jubet,
Se duxit passim Galilæa per oppida gentem,
Solvit prasligiis Sabbata nostra suis.

VIOLAR.

Se vulgò Regem fingit Christumq; Deumque
Et sic Romanis danda tributa negat.
Gens reccutita, Deo pugnax, ingrata, superba,
Ejus & excutiens impia colla jugo.
Qui mare te quondam transduxit, ab æthere pavit,
Cujus nunc regis te pudet atq; Dei
Quin ipsum morti nequam deposcere vitæ
Audes plena dolis, fellis & invidiæ.

MEDITATIO XXXII.

Alter violarum fasciculus in προηγουμένοις.

Syrach. 11. Priusquàm interroges, ne vituperes quenquam, cum interrogaveris corripe justè.

Ab

Ab executione processus nullus est inchoandus. *Text. in L. Si cum nulla. A. de re judic. l. 1. c. de excusat. rei jud.*

NUNQUAM DECERNAS PARTES NI AUDIVERIS AMBAS.

IN προηγμένοις, Anima devota est 1. *Pilati magnitudo.* Pilatus quidem non vacat omni crimine, habet tamen, de quo commendari potest, in suo regimine. Vir improbus erat Pilatus, ex Egesippo, l. 2. c. 5. & in exiguo ponens mendacium: Er weiset sich auß/daß er mit einem Fuchß vñ Löwenbalg gefüttert. Boemus loco dicto, p. m. 311. conc. 63. interim non animo contemnendus erat, judicibus ponens laudabile exemplum. Magnitudo animi in Pilato elucet. 1. Ex diligenti indagatione:

Er

Er wird nicht mit der lincken Hand drüber streichen: der erbar vnd weise Richter leſt Christum zur Antwort kommen / vnd helt jhm ein Ohr frey. Matthes. l. d. p. 17. Non ab executione processus inchoandus, sed à causæ cognitione. Tunè, inquit Pilatus, es ille Rex Judeorum? ille Messias, quem Judæi exspectant? Duo ptiora ἀντίπαλα præterit, tertium assumit; primum fortasse; quia Religionis Judaicæ erat ignarus, parum curans diversas in Religione opiniones: Er mocht sich des Pfaffen gezänckes nicht annehmen / ut multi pseudopolitici loquuntur. Secundum; quia noverit mendacium, quod confinxit invidus. Hoc potissimum Pilatus arripit delictum, quod vergit in sui Cæsaris præjudicium, cujus ille Præses & Vicarius. *Tu es Rex Judæorum?* Quæstio est, non Assertio. Unde apparet

paret sapientum hujus mundi ingenium, qui de Christi regno judicant ex splendore & aspectu externo. Vir Ethnicus, miles, politicus, magis adcurabat, quæ Jmperatoris, quàm quæ Dei. Bosquier. in Theatro passionis. conc. 33. pag. 369. Sic multi in Cæsareanorum diplomatum transgressores serii, sed in religionis concultatæ, incuriosissimi. ¶ Cæterum quid hîc Salvator? *Tu dicis*: Ad Caipham dixit in Prætorio: Tu dixisti; quia commutationes temporum apud Hebræos sunt frequentissimæ. Glossa ex Hilario. Canon. 32. ita allegorizat: Sacerdoti de præteritis respondet, quia Lex omnis venturum Christum prædicaverat: Legis ignaro, de præsenti: quia per fidem præsentis confessionis salus gentium est. Sed ea glossa longius recedit à simplicitate, literæ. D. Gerhard. l. d. p. 402.

Tu

Tu dicis, *Rex sum*; quia Ecclesiæ meæ edicta promulgo, quia subditos rego, quia defendo, quia præmiis orno: Ich bin ein König/von welchem alle andere müssen die Lehen empfangen. Matthes. Tu dicis, *Rex sum*, sed non terrenus. Distat autem regnum meum Christi à temporali 1. Vocatione 2. inauguratione; quia oleum habet non naturæ, sed gratiæ. 3. Personarum notatione, sive in personis: Cæteri Dynastæ moriuntur, Christus in æternum vivit. 4. Objectorum Consideratione, sive in objectis. Dynastæ occupantur circa leges, sive mores externos, ego circà internos: In Christi Reich/ werden nicht nur eusserliche Zucht vnd Geberden erhalten / Sondern auch die Hertzen der Menschen in acht genommen. Bruno. in conc. pass. part. 4. conc. 5. p. 219. 5. Beneficiorum exhibitione, sive beneficiis:

quæ

quæ beneficia non temporalia, sed æterna. 6. in gubernatione: quæ fit à piscatoribus, non à præsidibus. 7. in executione, quæ fit gladio spirituali, non temporali; verbo, non ferrô. 8. Præsidiorum camparatione; quæ non sunt arma, pecunia, milites, sed suspiria, preces, Angeli. Zach. 2. 9. Terminorum fixione. Christi regnum limitibus paucis non finitur, sed in universum mundum extenditur. 10. Splendoris honoris, temporis ratione; Christi regnum habet populum derelictum & pauperem; honor illius in castigatione, non in exultatione: tempus regni Christi non habet certas periodos, sed vices & dies sempiternos. Ps. 42. Luc. 1. Magnitudo animi in Pilato elucet, 2. ex innocentiæ Christi publica demonstatione: Sacerdotes nō timet, turbā non reformidat.

Sed

sed publicè clamat. Nihil invenio Causæ in hoc homine: nihil noxæ invenio egone micam quidem causarum in eo invenio. Syrus Sic Christus, omnium patrocinio destitutus, cum falsis accusationibus ferè decumbit, ipse Judex hujus patrocinium suscipit. Ab omni hominum genere Salvator testimonium innocentiæ reportavit: Testati de hoc Judas proditor, Pilatus præses, Herodes Rex, Pilati uxor. Centurio Enthnicus. Ne despera, si etiam tibi contingit falsa crimina obiici, & patrocinio destitui. Si habes qui tuam injustè formant accusationem, habiturus etiam es qui suscipient tui curam & defensionem. Adversarii invalescebant, accusationis suæ capita pro se interpretabantur: ajebant, commovit populum, docens per vniversam Judæam, incipiens à Galilæa usque ad

hûc.

huc. Pertinacia perseverantiæ proxima atque finitima. Cicero. de invent. l. 2. Videtur pontificum improbitas publico præsidis de innocentia Christi testimonio superata & devicta. Impetrare voluerunt pontifices clamoribus, quod obtinere non poterant rationibus. D. Gerhard. p. 419. vocales Jesuitæ, & ramis loquaciores: potius illos mortuos reddes, quàm elingues, quo tamen clamare nihil aliud, quàm causæ malæ patrocinium quærunt. Ut ranæ noctu coaxant versus Lunæ splendorem: sic hi contra cœlestem veritatem. Ita solent importuni accusatores veris probationibus destituti, inconditis clamoribus Judicem obtundere. D. Gerhard. l. d. p. 420. Ἀνασείειν, est concutere, conturbare, persuadere, concitare, peculiariter de terræ motu, sive concussione usurpatur. Dicunt in præsentis

VIOLAR.

senti; commovet, conciliat; ut intelligendum relinquant, non de uno solum seditionis actu Christum accusari, sed totam ejus vitam fuisse seditiosam, Eben scharff ist das abgespitzt. Matthes. l. d. Ob schon Christus nicht hand angelegt/ hab er doch auffrührisch geprediget/ vnd das volck widersetzig gemacht. p. 18. addunt, quod more pseudoprophetarum, virus suum ubique sparserit, à Galilæa usq; in Judæam, sive per universam Judæam. Galilæi præ cæteris proclives erant ad seditionem & jugi Romani impatientes. D. Gerhard. l. d. p. 421. Luc. 13. Actor. 5. Galilææ mentione præsidis animum vellicare, & Christo adversum reddere capiunt. Quod hodieq; rebelliones fiunt, non tribuendum est Evangelicæ doctrinæ prædonio, sed perverso hominum judicio, & ingenio. Magnitudo animi in Pilato elucet. 3. in justitiæ

justitiæ administratione : Audiens Galilæam, interrogavit, an homo Galilæus esset ? & ut cognovit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem. Justitiæ species est, suum cuique tribuere. Pilatus brauchet ein grosse Weltweißheit: Vernünfftige Leut entschlagen sich gern vnrichtiger Händel. Narren/vnd nicht Weise/ haben gern viel zu schaffen/ vnd ziehen die Händel an sich / vnd wollen vberall die Hände in Sod haben: So dienet das zu Fried vnd einigkeit/wann ein Richter dem andern nicht in sein Ampt vnd weichbild greifft. Matthesius l.d.p.18. Sed ne hic quidem sine peccato pilatum esse liquet, quia detrahit autoritati Imperatoris, captivum hunc ad Herodem transmittendo : jus quærit ab eo, qui publicis flagitiis & crudelitate erat infamis, innocentem Salvatorem illi sistendo.

sistendo. Injuriam, quam debebat judex ab innocente Christo propulsare, perrexit hac missione imprudenter aggeminare: propriam utilitatem quærit, alienam relinqnit.

Domine JESU. da mihi in causis dijudicandis scientiam, in componendis justitiam, & in semovendis sapientiam, AMEN.

Quod verum, tibi vis, Pilate, dicam!
Nil est, quod minus audias libenter,
Non attendis enim meæ loquelæ
Qui causas ago veritatis, & quam
Testatum superâ migravi ab arce
Durum est judicium præ esse vero.
Verô verius ergò quid sit audi.
Verum qui Deum amat, libenter audit, Burm. in renat. Martial.

MEDI-

MEDITATIO XXXIII.

De violarum fasciculo, areis, repositoriis, habitationibus Judicum adhibendo, sive inspergendo.

2. Chron. 20. Non hominis exercetis judicium, sed DEI.

Vivaces filii DEI, mendaces filii Diaboli. *August. ad frat. in erem.*

SIT PIGER AD POENAS, JUDEX, AD PRÆMIA VELOX.

ANima *Christiana*, eximia est fragrantia in violis: unde odor iste gratus omnibus. Fasciculum hîc violarum habemus pro Judicibus, Politicis, Magistratibus. Accipiant illum, mensis injiciant & tribunalibus, objiciant naribus, insinuent actibus: &

observent 1. *Sobrietatem:* Pilatus caput ex hesterno villo languidum non habet, lectum custodit, & crapulam sentit, quasi jamjam moriturus: sed manè surgit, plumas relinquit, negocia suo tempore confecturus. Templariis advenientibus, & Christum producentibus, ille Actis insudat, ist schon vber seinen actis, vnd nimbt verhör ein / & plebem judicat. De manè consilium;

Deß Morgens sol man zu Rhat gan/
Da man bedächtiger seyn kan/
Als wenn einer hat gezecher wol/
Sich auch schier hat gesoffen voll.

Brun. l. d. p. 16. part. 4. conc. passion. conc. 1. Vinum clavo caret: οἶνος ἔχει πηδάλια, ebriosus non tantum negligit officium, & valetudinem, sed etiam confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem æternam. Augustin. in lib. de

Pœni-

Pœnit. Alexander omnium victor: vinô victus. Quem Sodoma non decepit, ebrietas decepit; ustus ille flammis mulierum, quem sulphuris flamma non usit. August. super Genes. l. 5. Sobrius potest manè surgere, & sua oppurtunè conficere. Aurora Musis & judiciis amica, laboribus apta.

Est aurora novem dilecta sororibus, ullum
Tempus eâ studiis aptius esse nequit.

Væ illis, qui manè siceram bibunt, Esa. 5. væ, qui cœteris laborantibus somno vacant.

2. *Lenitatem*: Egreditur Pilatus ad Sacerdotes, & audit eorum accusationes: O viola Judicibus meritò gratissima! Plus commendatur justa lenitas, quàm invisa severitas. Ipse tamen DEUS, cum trâquillitate judicat, & cum magna reverêtia nos disponit.

VIOLAR

Sap. 12. Magistratus, Principes, Dynastæ; Dii vocantur, Psal. 82. ut plus attendant lenitatem quàm austeritatem, plus amorẽ, quàm rigorem; nam

—— *bona verba liniunt, quæ his sunt contraria, pungunt.*

non quidem

—— *confessi causa tuendarei.* Ovid. de Pont. l. 2. Eleg. 2. Interim oleô misericordiæ inungendum est malum culpæ: justitia sine misericordia non est justitia, sed crudelitas: Chrysost. sup. Matth. cum Judici sententia dicenda, meminerit, se habere DEUM testem. Cic. 1. offic. cujus memoria quod justum est prodit, quod injustum est abjicit. Si quis DEUM præsentem in judicio ferendo recogitat, sanguinem hominis, non sanguinem gallinarum putat, sed firmissimè secum ratiocinatur: Sanguis ille, super quo judicare cogor, vox clamans est:

clamat

clamat contra me, si non rectè judicaverò, clamat pro me, si justè. Es ist nicht so leicht vber Menschen Blut richten / als vber Kälber blut. Audiant illi, quorum maxima voluptas, homines ad equuleos rapere, carnificibus prodere, tortores, verbis, sæpius in delicto leviſsimo, veluti gallos, ad carnificinam irritare, & nihil, quæ ad Tyrannidem faciunt, ommittere. Multum hîc inter tormenta valere debet ratio sanguinis & humani generis.

3. *Æquitatem*: Pilatus non condemnare vult inauditum, ideò inquirit in Christi delictum, quod tamen erat nullum: *qui quærit justè, non judicat injustè.* Probè facti circumstantiæ sunt ponderandæ, priusquàm ex illis inferuntur pœnæ. Æquus in nullam partem inclinat, sed medium laudabiliter observat.

4. *Prudentiæ singularitatem*: Prudentis Judcis est, unam aurē accommodare reo, alteram accusatori.

Judicium non fer, si non sunt ambo locuti.

Μὴ δὲ δίκην δινάστης ἀμφόω ἠρίν μυθὶν ἀκούστας.

Nullum numen abest, si sit prudentia. Juvenalis, satyr. 3.

Qui sua metitur pondera, ferre potest. Martialis, l. 12.

Scopus ille vitandus, ubi alter offendit: pecora ipsa vitare noverunt, quæ læsisse cognoscunt: itinera illa non repetunt, ubi in foveam corruerunt. Tenaces laqueos avis capta declinat; in retia avis suspecta non incidet; & omnia, quæ possunt habere contraria, fortiter cœsi assumerent, si curam salutis propriæ non haberent. Ex Isidoro, l. 4. Præscire si cuncta prudenter decet. Apul. de Nat. Deor.

5. *Justi-*

5. *Justitiæ necessitatem*: Pilatus audit quærelas Pontificum injustissimas, easque dicit non authenticas: novit illas formatas ex invidia, & amarulentia, imò tyrannide & violentia: hinc Salvatorem innocentem proclamat, & illum manumittere desiderat. Sol æquè lucet pauperi, ac diviti: justus Judex causam examinat, tàm accusantis, quàm rei. Qui justificat impium & condemnat justum, abominabilis uterque apud Dominum. Prov. 17. Malè is rectum putat, qui regulam summæ rectitudinis ignorat. Ambros. de offic. Justitia non novit patrem, non novit matrem; veritatem novit, personam non accipit, DEUM imitatur. Cassiodor. in Psal. 18.

Domine JESU, si tot violæ fragrantes sparsæ jacent in animo Pilati gentilis, quæ reponendæ tandem in anima Christiani Judicis? Confer so-

brietatem, ut rectè percipiantur allegata; lenitatem, ne dominentur carnis incendia; æquitatem, ne saucietur conscientia; prudentiam, ne loquatur ignorantia; justitiam, ne locum inveniat injuria. Ut mali Judices condemnantur; ita boni elevantur. Judicem me voluisti, Domine JESU, fac me judicare justè, ne compos fiam æternæ miseriæ. AMEN.

Justum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida. Horat. l. 5. carm. od. 3.

MEDITATIO XXXIV.

Ubi μέσα, sive περιχθέντα in Palatio Herodis, ubi violarum fasciculus primus, secundus.

Psal. 73.

Psal. 73. Ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Bernhard. Si hostes Ecclesiæ tantum haberent sapientiæ, quàm potentiæ, jamdudum oppressissent Ecclesiam.

HERODI SISTITUR HEROS.

VIdisti, *mea Anima*, devota anima, quæ antecesserunt ablegationem JESU ad Herodem; observa etiam ea, quæ in palatio gesta. Ubi 1. Violarum fasciculus *Regis appellatio. Rex Herodes*, nomen potens est & splendidum. ἥρως heros est: non enim viles esse eos oportet, quorum operâ Diabolus utitur adversus Christum & Ecclesiam. Selnec. in prima parte Postill. p. m. 452. Nomen splendidum, factum Herodis Diabolicum.

Der Nahm ist schön / die That teuflisch / die Person sträflich. Si enim Heroicam mentem Herodes habuisset, Christum heroëm (sit venia verbo, est enim heros ab ἥρα sive Junone. ex August. Becmann. de orig. Lat. ling. p. 399.) tàm contemptim non excepisset. Is Herodes non extra, sed intra Hierosolymam fuerat. Jerosolymæ erat illis diebus. Herodes iste Antipas fuit, Galilææ tetrarcha. Luc. 3. Professione Judæus, actione vulpes, moribus hypocrita, interfector Johann. Baptistæ: non quidem Hierosolymis, præter domum splendidam & magnificam, aliquid potestatis tenuit; sed quia Judæus patre Proselyto natus, Paschatis festo interesse voluit, spectare voluit pompam, popinam, turbam, non habere agni Paschalis in Ægypto mactati recordationem & memoriam. Christus verò nomine regem vulpecu-

vulpeculam nominat, Luc. 13. propter hypocriticam callliditatem. Intra & extra Hierosolymam Rex ille esse potuit, Judæus Judæis, paganus paganis, Romanus Romanis. Comedere vult agnum corporalem, & ludificare pergit agnum spiritualem. **Beweist also / daß er sich mit Gottes vnd Himmelssachen wenig bekümmert.** Boëmus, in spectac. passion. Christi. conc. 79. p. 378. Magnificam habuit domum, sed dat sine fide sonum. Regia ipsius conclave habebat, quod centum mensas in se recipere poterat. Bünting. in Itiner. Sacræ Script. part. 1. **Der listige Fuchs hat dem wackern Hanen Johanni Baptistæ, den Kopff abgebissen.** Ad hunc missus Salvator 1. *in consuetudinis observationem*: Lex enim cavit, ut unusquisque à Principe suæ regionis judicaretur: unde fit muta-

tio fori, à Judice loci, delicti, effecti, ad judicem loci, originis, seu domicilii paterni. Theophylactus, in c. 23. Luc. Lyra, in c. 23. Luc. 2. *impetrandam reconciliationem*: Pilatus hat etliche Galiläer vom Brott gethan/Luc. 13. da Opffer vnd Blut vntereinander geflossen. 3. *religionis majorem examinationem*: Herodes Judæus erat, Pilatus Ethnicus. 4. *in actionis remotionem*: Will sich nicht zwischen Thür vnd angel legen. Matthes. l. d. p. 18. Viola valet inter alia cõtra suppurationes; Suppurationes ulcerosum corpus efficiunt: Sunt autem ulcera multo purè turgida; Pus magnum, in Religione Hypocrisis & simulatio, quæ Herodianus planè morbus est. Judæum se simulat, illusorem occultat: Pascha vult celebrare, sed Messiam non vult prædicare. Erat Hierosolymis, ut Judæus crucifigens, non ut

Simeon

Simeon in fide mortem appetens: amans erat sanguinis, quia Johannem Baptistam castri regii præconem condenavit capitis: Er ist ein böser vñ blutiger Pfarrersfreund gewesen. In omni vita simulare non decet, multò minus ni religione: Pusillud totũ Religionis corpus inficit, & usque ad animam pertransit. Heroẽm esse te decet in Religione, non Herodem. Contra pus Herodianæ simulationis recipe candidum & constantem animum, Violam fidei ac perseverantiæ in professione Religionis. Venator spiritualis Deus est, qui lubentius capit Leones, quàm vulpes: hypocritas abominatur; Ejus vita hîc mortua, cujus mors vivit in pœna. Gregor. l. 20. Moral. Herodis geschwer/hat kein Ehr / machet falsche Lehr / vnnd das Gewissen schwer. Hypocrita planè Herodes est, qui regiam habuit vestem, sed non egregi-

VIOLAR. 11

am mentem: devotionem promittit, sed linguam acuit. Simulatio in omni re, potissimùm in Religione vitiosa: judicium viri adulterat, & amicitiæ repugnat. Cic. de Amic.

2. Violarum fasciculus *in animam Regis exultatio.* Viso JESU, gavisus est valde. Bonum est gaudere viso JESU, quia JESUS fons omnis gaudii, & Electorum gloria. Cæterùm gaudium Herodis non procedit ex desiderio sacri flaminis, sed ex curiositate carnis. D. Gerhard. l. d. p. 427. Gaudium erat de vanitate, non de veritate. Gavisus est valdè, sed non piè. Aliud est gaudium, quod mundus concipit, aliud, quod Christus porrigit. Violæ prosunt ad oculorum epiphoras, sive assiduas oculorum delachrymationes, cum honoris continuò defluentis acrimonia oculos angit. Sandæus in flore mystic. p. 224. Violas

hîc

hîc habes spirituales contrà nimios dolores atque lachrymas, ac spirituales epiphoras utiliter inservientes. Non omnis luctus spiritualis interdictus, sed ille, qui sine vera pœnitentia: Christiano non solum est lugendum, sed etiam gaudendum; in Domino tamen, non in mundo. Comparent Electi gaudia veritatis cum gaudio vanitatis. Si honorantur, dolent; si dolent, orant, si orant, exaudiuntur, si exaudiuntur, alios lucrantur. Mundi lætitia impunita nequitia: piorum gaudium æternæ vitæ privilegium. Augustinus. serm. 17. de V. Dom. Cum mundo, & in mundo gaudere, est pecudum more voluptatibus affici, hominem exuere, virtuti nuncium remittere, rationis usum abdicare, sensuum se, & rerum sensibilium mancipium profiteri, ex Christiano Epicuræum fieri, ac deniq; sine Deo

in

in mundo vivere. Stapleton. in prompt. moral. part. 1. p. m. 673. Melius est, piè lachrymari cum Electis, quam effusè lætari cum Epicureis. Interim Epiphoræ abeant, quæ melancholiam perpetuam, desperationem & diffidentiã adducunt. Ut humoris defluentis acrimonia angit oculos corporis; ita desperationis & tristitiæ animæ crimen depravat oculos mentis.

Domine JESU, Domine Salvator, da lachrymari ob culpam, sed lætari ob tuam gratiam, & detestari culpam. Vita quidem hæc lachrymarum est, sed si Christianè degitur, si cum recordatione futuræ gloriæ; refectio & gaudium animarum est. Jesu tu nostrum gaudium, nobis future proemium perpetuum & solatium, ex hoc & usque in seculum, AMEN.

Pontius Herodi mittit JEsum,
Utpote Nazarideum de Galilæa.

Macho

Macho, qui mensas antè cruore
Fœdarat casto, seu ora, Propheta.
Ebrius ad eadem natus & iras
Minorum socius futilis, excors.
Barbarus in cives, hostis in omnes.

MEDITATIO. XXXV.

Ubi violarum fasciculus in Herodis palatio tertius, quartus, quintus.

Johan. 20. Beati, qui NON viderunt, & crediderunt.

Intuitus corporalis per se non beat, sed nisi fides accedit causa majoris damnationis. D. Gerhard in Harm. part. 2. pass. pag. 328.

Fides est credere quod non vides. *Augustinus.*

VIolarum fasciculus tertius in Herodis

rodis palatio, Anima Christiana, est singularis ac maxima Regis exoptatio. Erat cupiens ex multo tempore Jesum videre, eò quod audivit multa de eo, ut cognosceret, quia cum Pharisæis μετεμψύχωσιν Platonicam, statuebat, an lineamenta faciei in Christo cum Johanne Baptista ab ipso interfecto responderent. Matth. 4. Marc. 6. ἐξ ἱκανοῦ; multo jam tempore, ac satis jam diu voluit Rex Christum videre, nimirum à tempore decollationis Baptistæ, & perceptæ de Christo famæ. D. Gerhard. l. d. part. 1. p. 427. Videre voluit, non audire: optabat videre, ut cupiditatem animi res novas percipiendi expleret; non autem optabat audire, ut ex doctrina & concionibus ejus proficeret. Audierat de eo multa, quod cæcis, oculos, surdis aures, mutis linguas aperuerit, leprosos sanaverit, mortuos susci-

suscitaverit. Violæ morbo regio laborantibus prosunt, Mesue. Morbus hic est regius, qui Christum Johannem credit, potius videre, quàm credere & audire, potius obsequi sensibus, quàm Christi sermonibus cupit. Videre Christum decet, hîc fide, illic corpore, hîc per speciem, illic ad faciem. Episcopus Hipponensis optavit videre hæc tria: Christum in carne, Romam in flore, Paulum in ore: optavit, sed non impetravit. Cæterum aliud petere hunc intuitum ex curiositate, aliud ex fide. Desideravit Rex CHRISTUM videre, non Sancto quodam fidei desiderio, sed carnali affectu & novitatis studio. D. Gerh. l. d. pag. 428. non videre cupit, ut Patriarchæ, Reges & Prophetæ. Luc. 10. Joh. 8. sed ut videre cupiunt illusores & empectæ. Mea anima, in sacris melius est audire, quàm videre, melius credere, quæ divinitus sunt scripta, quàm

videre

videre velle ea, quæ rationi & sensibus sunt contraria. Audire idem hoc loco ac credere, assensum præbere, in cor recondere, rationi nuncium mittere, omnipotentiam cælestem admittere: audire, quomodo Salvator instruat, non videre, quomodo ea, quæ promisit efficere queat. Demus, Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse: in talibus rebus tota facti ratio est potentia facientis. Aug. Epist. 3. Morbus regius est, animas à corporibus egressas, in aliud sive hominis, sive porci, sive equi, sive galli corpus transire. Hoc genus quoddam resurrectionis Pharisæi etiam crediderunt, teste Josepho. Qui muscam vel murem occidisset, in in muscam vel murem transformandum, Manichæi dixerunt. Augustinus, de hæresibb. & bubulam inde de quodam proavo non obsonandam detrectâ-

detrectârunt. Tertull. Quâ opinione nihil absurdius: quæ omne solacium rescindit, quod ex futura resurrectione prodit. In hac vita agones sunt & labores, in æterna verò coronæ & præmia meritorum: labores quidem citò finirentur, meritorum verò præmia sine fine durarent. Chrysost. de reparat. lapsi. Valeat itaq; μετεμψύχωσις, hoc est, revocatio animæ Pythagorica, jam pridem morte functæ, & in aliud corpus iteratæ. Tertull. lib. de anima, p. 671. Valeat animarum recidivatus, revolubilis semper ex ulteriore mortuorum & viventium suffectione; quia Pythagoras hoc statuens, non turpi modo, verum etiam temerario mendatio incubuit. Sic desipit qui despicit, caducus, immortalia, sapit, qui despicit æternus hæc mortalia.

Violarum fasciculus 4. in violario quarto, *Miraculorum exoptatio*: Sperabat Rex signum aliquod videre

ab

ab eo fieri. Stulta spes hæc est, non regia. Regum est videre ardua, non præstigiatoria: Christum Herodes præstigiatorem vult, non conciona-torem, vult videre, quomodo Christus devoret serpentes, gladios, &c. Er wil ein Gauckler/taschenspieler/vnd kein Prediger an jhm haben. Herodes, das Füchslein/wil da ein Abenthewer von Christo sehen/ Matthes loc. dict. p. 18. extorquere vult à Christo miraculum, ceu ab histrione. Selnecc. in histor. passio. part. 1. postill. p. 427. Et Hîc Christus ab Herode habetur incantator, joculator, stultus. Costerus medit. 22. super passion. p. m. 593 Repræsentat Herodes 1. Politicos, quibus studium Religionis potius est in ore, quam in corde: libentius vident nova quæ oblectant, quàm salutaria, quæ moveant. Religionis mantello utuntur ad speciem, non ad virtutē, sive salutem.

salutem. Tales non sunt politici, vel Paulitici; sed Saulitici: Jurgistæ sunt, non Juristæ. Potius enim quærunt, quomodo jurgium cum Salvatore instituant, quàm quomodo jus divinum sibi cognitum reddant. Religionem illi habent, sed vel tepidã, vel nullam. Ut itaq; illi singularem habent religionem, ita etiam post mortem habebunt singularem regionem, in qua ignis semper urens, & vermis semper rodens. Repræsentat Herodes. 2. sciolos, qvi S. Scripturam legunt, non ut ex ea salutem hauriant, sed ut curiositatem ingenii expleant, dicentes, in quo loquitur asina capite? ubi tessaræ lud9 in sacro codice? Ubi quidam sine Patre & matre. Qui controversias evolvunt, ut Ecclesiæ vulnera rideant, non ut veritatem inveniant. Exemplô sit autor chartæ, quæ Bellum ubiquitisticũ nominatur, ibi Herodes est, qui fratrũ, & aliâs ὁμοψυφων contẽtiones ridet,

VIOZAR.

ridet, & inde Religionem Evangelicam insidiosè rodit; qui Conciones juxta scripturæ tenorem formatas oscitanter audiunt, sed insuper historias, legendas, dicteria, joces, verba bullata, phalerata, maximè petunt, non amore veritatis, sed studio novitatis. Repræsentat Herodes 3. Mirabiliarios: qui verbô susque deque habitô, miracula duntaxat efflagitant, & potius vident, quomodo canem claudicantem sanent, quàm quomodo animam laborantem refocillent: Miracula sunt illis oracula, Ecclesiæ γνωρίσματα, fidei τεκμήρια, quæ tamen etiam pseudoprophetis communia, Exod. 7, Devt. 13. Matth. 24. 2. Thessal. 2. signa & prodigia, & sanitates, etiam peccatores in nomine Domini facere ab ipso Deo didicimus. Augustin. de dogmat. Ecclesiæ c. 84. l. 8. quæst. 76. Signis & prodigiis clarum

clarum fieri posse, Christianum; non tamen sanctum existimo, si intemperatis & asperis moribus agat. Temperatis autem & placidis moribus, etiam absque signorum efficacia, & sanctum & perfectum, & DEI hominem fieri rectè credimus. August. de Eccles. dogm. c. 85. Ita nunc in Ecclesia plus est benè vivere, quàm miracula facere. Isidor. de summ. bon. l. 1. c. 27. Miracula in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: quia signum fidelibus est necessarium, qui jam crediderunt, sed infidelibus, ut convertantur. Isid. l. d. sicut animus melior est corpore; sic & melior salus animæ, quàm corporis. Augustinus de verb. Dom. serm. 18. Humilis viola, quæ nec valles despicit: Humilis Christianus, qui Christi doctrinam, licet simplicem, & nunc miraculis visibilibus carentem, non contemnit, sed illam

Violar.

prius tot miraculis confirmatam, ingenuè ſuſpicit. Miracula præterita, (ait Gerſon, in expoſit. paſsion.) tibi ſufficere debent, ſi ea credis; quod ſi ea non credis, neque profectò nunc illis fidem adhiberes, quæ videres & audires, imò ea contemneres; calumniis afficeres, ac reprobares.

Violarum faſciculus quartus eſt, *de pluribus interrogatio*: Interrogat Chriſtus Herodem *multis* ſermonibus, non quidem de utilibus capitibus doctrinæ cœleſtis, ſed de rebus frivolis, abſtruſis, fortè quia Johannem in Chriſto revixiſſe ſuſpicabatur, quæſivit de ſtatu animarum poſt mortem, quando futurus mundi finis? quid fecerit DEUS ante mundi creationem? an eſſet ille puer, in cujus nativitate nova ſtella emicuerit? qua arte verborum miracula fecerit, ſitnè Johannes Baptiſta redivivus? Herodem κατὰ πόδας

πόδας hodieq; insequuntur, qui πολυζητήσεις afficiuntur, quærentes: utrum Evangelici Augustanæ Confessionis non mutatæ γνησίοι sint socii, an hactenus ad illam symboli normam prædicantes docuerint, anne plures adversantium errores demonstrari possint, præter illos, qui in Augustanæ Confessionis libro expressi? Utrum Augustana Confessio liber Symbolicus, & si quæ similes quæstiones. Potius convenit credere, quàm quærere. Toties quærit insipiens, quoties non respondet sapiens. Viola non ventos amat, sed quietem, & aërem silentem: Sapiens non afficitur multis in fide quæstionibus, sed verbi credit promissionibus. Quærere convenit verbum DEI & justitiam. Matth. 6. non examinare Sacram Scripturam ad rationis decempedam.

JESU Salvator, JESU curator animæ meæ, Malum averte regium & Herodianum, ut credam firmitèr, non μετεμψύχωσιν, non ἀποψύχωσιν, sed ἀναψύχωσιν, non animarum deliquium, sed refrigerium, ut potius fidem assequar in hac vita, quàm visionem: audiam verbum cum desiderio, miraculum non quæram in miraculo, interrogem de iis, quæ sunt conjuncta cum animæ principali refrigerio. AMEN.

JESUM videre in Bibliis
Verbumq; audire è pulpitis
Miraculum non poscere
Quod non in sacro codice,
Interrogare & optima
Animæ sunt certa obsonia.
Hac si non improbaveris,
Eris Colonus atheris.

MEDI-

MEDITATIO XXXVI.

Ubi violarum fasciculus in Herodis palatio Sextus, Septimus, Octavus.

Psal. 38. Lumbi mei impleti sunt illusionibus.

Candida vestis insigne regiæ dignitatis. *D. Gerhard. l. d. p. 455.*

NON FAVET AULA TIBI CHRISTE. —

ANima Christiana, Sextus Violarum fasciculus in Herodis palatio est *silentii usurpatio*: Christus Herodi NIHIL respondebat, apud Regem erat MULTUM, apud Salvatorem NIHIL. Rex MULTUM interrogabat. Salvator NIHIL respondebat. NIHIL Christus respondebat, non quod Regiam majestatem allatraret & contemneret, sed quod singulare quid

suo silentio demonstraret. Siluit 1. ne ante porcum margaritham projiceret. 2. ne gloriam propriam appeteret, Silentio voluit JESUS ostendere, quod Prædicator verbi Domini, non debeat coram principe ostentationem suam quærere. Lyra. Siluit 3. Salvator, ut majorem peccandi libidinem apud Herodem præscinderet: *Man muß nicht allzeit rauß fahren/ damit man nicht von diesen Fuchsen vnd Luchsen beschädiget werde.* Boëmus, de spectac. pass. conc. 79. p. 384. Siluit Christus, & desiderio patiendi, & studio medendi: Adami excusationes in peccatis, taciturnitate à bonis vult diluere. Viola valet aliàs contra anginas, ex Plinio. Anginam habuit Herodes, non, quòd planè non loqueretur, sed quod non benè loqueretur. Ut igitur Salvator illius curaret anginam, taciturnitatis adhibuit

hibuit violam: Sæpius nocet esse locutum, Angina tecum est inanis & impius sermo, ex te est; adhibe violam taciturnitatis, ut sic compescas morbum inanissimæ garrulitatis. Patientia silendi, opportunitas loquendi: ille scit rectè dicere, qui & ordinariè novit tacere. Gregor. in Moral. Quasi quoddam nutrimentum verbi, censura silentii. Idem, in Ezechiel. Et loqui & tacere perfectio est: nescit pœnitenda loqui, qui proferenda suo prius tradit examini. Cassiodor. l. 3. Turpe rosas Suibus, sanctum dare turpe catellis. Silentium CHRISTI verè sacrum, & Christianis in Exemplum. Solt vnser HErr Christus diesem Teufelskindt sein vorwitz büssen. Arndt. conc. 13. passion. p. 326. Gravis est culpa, tacenda loqui.

Septimus violarum fasciculus est, *nova Sacerdotum & Scribarum accusatio.* Ille sacrificulorum manipulus silentiô Christi abutitur ad colorem, quô in accusando augent rigorem. *συτόνως*, accusant illum acriter, intentis viribus, valdè, vehementer, magna contentione, animiq; impetu. D. Gerhard. l. d. p. 450. Viola ventis agitata, tamen non exarescit: Salvator, licet accusationibus prægravatus, non tamen Spiritum ammittit. Hîc conjuncta sunt odium & invidia, impudentia & crudelitas. Venti nunc plures sunt, qui nos Evangelicos tangunt, Eurus Nothusq; ruunt; esto viola, quæ concussa, pulchrius virescat, non palea, quæ validius attacta, locum non inveniat. Si accusare sufficit, quis erit innocens? Nil conscire sibi, etiam inter accusationes gravissimas, refrigerium est, & medicina.

Octa-

Octavus violarum fasciculus in palatio Herodis est, *CHRISTI iniquissima tractatio.* Ex silentio sprevit Herodes Salvatorem, quia noluit agere præstigiatorem. Sprevit, inquam 1. Christus wil nicht Hoffsuppen machen. Er gibt kein guten Hofmann/ Er kombt wol gen Hof/ aber kan nicht Hofmores. Boemus, l. d. p. 384. Herodes ἐξεβδένησεν αὐτὸν: pro nihilo CHRISTUM habuit: Satius est sperni in caula mundi, quàm in aula CHRISTI: Aula CHRISTI verbi ministris favet, illos caula mundi non fovet: exeat aulâ, qui vult esse pius. Minister Ecclesiæ inter Aulicos, Vicarius pastor inter politicos, est veluti Daniel inter Leones obvios. Quod coram mundo peripsema, illud coram DEO honoris & existimationis thema: Quod sprevit Herodes, honore implevit Angelorum præ-

ses. Aula vale, cœlum salve. Sprevit Herodes Christum cum exercitu, (στρατεύματι) cum satellitibus, aulicis ministris, vilissimis quibuscunque servulis. Aulici Regibus conformantur: Regis ad exemplum demens componitur aula. Utque ducum lituos, sic mores castra sequuntur. Wie der Herr / so sind die Diener. *Illusit Herodes JESUM*: quam illusionem pati misericordiæ fuit, non impotentiæ. Augustin. in Psal. 96. *Induit veste alba*: Zeucht jhm ein weiß Pfaffenkleid an / zu hohn vnd spott der Religion / Matt. l. d. p. 18. Vix alio fine, quô Johannes Hussus ante obitum coronatus: repræsentabat illa corona insulam, & hanc voculam inscribtam habebat: Hæresiarcha. Rabus in Martyrol. part. 2. p. m. 94. Vestis λαμπρὸς splendida, præclara, magnifica & illustris; Reges, Principes, Dynastæ,

in

in Oriente vestes candidas gestare soliti. Herodes wil Pilato ein Kurtzweil machen / weil er ein Römer: Nun war der brauch bey den Römern / daß die / so zu Bürgermeistern erwehlet wurden / zu Rom weisse Kleider trugen / neben andern / so in den Rhat erwehlet wurden / die hieß man Candidatos: Als wolt Herodes zu Pilato sagen: Sihe / ich sende dir einen Römischen Candidatum, der wird bald zu Rom Bürgermeister werden / Arnd. conc. passion. 13. pag. 327. Alba hæc vestis 1. testimonium divinitatis: Ante thronum agni stant amicti stolis albis, non sordidis, Apocal. 4. Color albus præcipuè DEO decorus. Cic. l. 2. de LL. 2. testimonium regiæ dignitatis: Sufficiunt tunicæ summis ædilibus albæ. Lætitiæ signum alba. 3. testimonium puritatis: Ut literæ;

sic colores quidam salutares: S. Euphraemitis 42000. mortem peperit, Judic. 12. Litera Q. bigamis ferro candente injusta. Litera C. vel K. calumniatoribus: H. monet ut sileas, T. jubet ut taceas. Heidfeld. in Sphyng. p. m. 961. Athenienſibus faba alba salutaris, & nota absolutionis, nigra condemnationis. Plutarch. in Mor. Judicandi atrati olim sistebantur, pullati incessêre, qui mortuos lugebant. Bosquier. in theatro passion. conc. 36. p. 400. Alba vestis læta; unde ea in conviviis lætioribus. Vestis CHRISTI candida, non ad honorem, & dignitatem, sed ad irrisionem: unde non nova, elegans, nitida; sed vetus detrita, ex pulvere contempta, & à blattis eruta. Regum diademata alba fuisse notat Causabon. ad lib. 1. Sueton. cap. 79. Sic in aula CHRISTUS & Elias illudi-

illuditur, , parasitis largiter adplaudentibus: In majori precio apud Aulicos sunt moriones, quàm verbi præcones, Moriones, blatterones, pumiliones, principum mensis fruuntur, verbi præcones vix habent, cum Lazaro, quò famem solenter. Histrio Curiis plerisque multò gratior Theologo; Tàm sacerdos quàm illi, qui sacrificium exhibebant, erat albis indutus. Exod. 28. In Salvatore itaque, pontifice Opt. maximo, etiam sacerdotali dignitate illusum; sicut in illo verissimo Rege, regiæ majestati. Statuit itaque Herodes fatuitatem rei, honorem regium & sacerdotalem, affectantis, magis irridendam & contemnendam, quàm capitali supplicio vindicandam. D. Gerhard. l. d. p. 437. Vestis alba tribuit immaculata passionis indicia, cum JESUS noster sine macula portavit super se omnia peccata.

VIOLAR

Ambros. Rex erat Salvator, regaliter haberi debebat: Pontifex erat, decenter illum tractari conveniebat. Lucius Albinus, cum flamen virginesque Vestales, sacra onere partito ferentes, videret plaustro conjugem & liberos descendere imperavit, atq; in id virgines & sacra imposuit, omisso cœpto itinere, Cerate oppidum perrexit, ubi cum summa veneratione recepta, sic agreste illud & fordidum plaustrum, tempestivè capax, cujuslibet fulgentissimi triumphalis currus vel æquavit gloriam vel antecessit. Valer. Maxim. l. 1. cap. 1. p. m. 7. Vestales hîc reverenter habentur, Salvator irridetur & contemnitur; qui tamen noluit Herodis currum, sed regium erga se desiderium. Plus honorãtur idolorum cultibus dediti, quàm Religioni veræ addicti, gemeiner weise haben die jenigen/ so falschen Gottes-

dienst

dienst beypflichten/ das ansehen bey der Welt/ vnd werden in grossen Ehren gehalten. Boëmus in spectac. Passion. conc. 79. pag. 388. hergegen müssen fromme Prediger verlacht/ vnd verspottet werden. Etiam inter violas albæ sunt: matronales & Damascenæ, quæ suavissimi odoris, sudores propellunt, & abstergunt. Ecce Salvator tuus Viola candens est; intùs & extra candidum amictum gestat, & candidum animum. Candidus ille & rubicundus. Cant. 5. Candidus propter innocentiã, rubicundo propter sanguinis eruentationem; candidus actione, rubicundus sanguine. D. Gerh. l. d. p. 436. Unde Patriarcha oculos Messiæ Gen. dicit rubicundiores vinô; quod notat 49 Passionem, & dentes lactè candidiores, quod puritatem. Gen. 49. Candor Electorum honor: viror, credentium vigor. Schneeweiß aller Kinder Gottes

Preiß

Preiß/Schneeweiß vnd grün/ steht an allen Kindern Gottes schön.

Domine JESU, Domine Salvator. Mors Herodes est: qui vestes animæ, ingenii, corporis; exuit, & Albam induit; Ein weiß Tuch ins Grab/ damit schaabab: Der bleiche Herodes verspot/ vnd verstelt vns/ daß wir keinem Menschen mehr gleichen. Cæterùm, quia tu vicisti mortem in passione, obsecro, fac ne succubam in extremo agone; rubrum cum morte conflictanti propone, propone candorem; Weiß vnd roth/ seyen meine Farben in der besten Noth: ruborem ostende, ne deficiat in me passionis tuæ memoria: Candorem ostende, ne excidat mihi tua innocentia.

Mi sine nocte diem, vitam sine morte quietem,
Det sine fine dies, vita quies q. DEUS, AMEN.

Versus

Versus de trib. Herod.

Ascalonita necas pueros, Antippa Johannem,
Agrippa Jacobum, tenet hic in carcere Petrum.
—— Herodes
—— Regem cœli regulus impos
Dictis ridiculis turpiter actum,
In dignus nequiens signa videre
Præfecto Sólymæ deinde remisit,
Albâ non veritus ludere pallâ.

MEDITATIO XXXVII.

Ubi violarum fasciculus in Violario.

15. Nonus & Decimus.

Syrach. 6. A bamicis tuis attende: Fide, sed cui? Vide.

Μέμνησω ἀπιστεῖν.

Theophilact. Discrepantes conciliat Diabolus, ut Christi mortem præparet.

IN

IN PAUCIS COGNITUS ALTER-EGO.

ANima Christiana, vidisti in Herodis Palatio προηγούμενα μέσα, vide nunc ἑπόμενα; in quo Nonus violarii 5. Fasciculus est Salvatoris ad Pilatum remissio: Remisit ad Pilatum. Ἀνέπεμψεν, innocentem non absolvit, capitis accusatum non condemnavit, sed vinctum & ligatum ad tribunal prioris Judicis eum remisit. Etiam violæ, Caninæ reperiuntur: Hundsfeyl/ wilde feylen. Camerarius in Herbario Matthioli l. 4. c. 111. pag. 412. Canina hæc viola in palatio regio. Lactant. l. 4. instit. div. c. 18. scribit, Herodem instigasse Pilatum, ut Christum crucifigeret, quia metuerit, ne regno pelleretur, Judæorum odium Herodes timuit; ideoque Christum ad Pilatum remisit. Ita nôrunt Politici vafri

vafri (verba Gerhardi, l. d. pag. 437.) causas odiosas à se in aliorum humeros transferre, Christo interim in membris suis patiente & innocentiæ patrocinio miserè ab omnibus destituto.

Decimus in violario 5. Fasciculus, isque ultimus est, Herodis & Pilati conspiratio: & facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipso die, nam anteà inimici erant valdè: Die zween Juncker werden auff diesen Tag wider eins vber Christo: Dann weil Pilatus dem Herodi war ins Land gefallen/ vnd hat etliche Auffrührer auff dem Berg Tabor, vber einem Opffer erstochen/ wahren sie einander feind. Conveniunt hîc duo lupi, ad rapiendam animam Christi. Gerson. in Exposit. Passion. Christus vnd sein Evangelium mus viel Haders vnnd Feindschafft vertragen; Herrn werden bald eins vnd

vneins

vneins; dem Schaider wird gemeiniglich der beste Theil / vnd Christus vnd seine Gliedmassen müssen sich bücken / Jene blecken / Freund vnd Feind / spotten vnd verfolgen die vnschuldigen / in die Zähn hinein. Matthes. loc. d. Philoppus Bergomensis in Supplement. Chronic. l. 8. inde ortas inter Herodem & Pilatum lites putat, quod Pilatus Tyberij Cæsaris statuam in templũ collocaverit & venerari præceperit. Jac. de Voragine, conc. de pass. Dom. scribit. Pilatum Herodem pecuniâ è regione sua pellendum suasisse, & in de inimicitiam exortam esse. Hic Viola festinans est: Nullus floseulorum magis festinat, quàm Viola, quæ celerrimè prorumpit, certare solita, cum velocitate verna, quam ut præveniat, hyeme vix exorta, caput exerit, boni nuncii bajula, quippæ vernę prodroma jocunditatis. Sandæus, in flo-

re

re mystico. p. 197. Viola inter Herodem & Pilatum amicitia: quæ citò fit, citò perit. Wiewol Herodes sonst jederman kum gnug war/ so ist er doch hie Pilato viel zu einfältig/ der verschmitzte Römer ist jhm viel zu verschlagen/ were er noch einmal als ein Fuchs abgericht. Tragœdia Passionis Dominicæ, est Herodi argumentum amicitiæ. Ex Lyra. Nullus thesaurus precioſior, quàm amicus prudens & fidelis. Herodotus l. 7. Ubi amici, ibi opes. Obſerventur hîc regulæ: Inimicitias atque odium depone: Feindschafft sol man ablegen. Matth. 5. Syrach. 28. Rom. 13. Coloſſenſ. 2. Epheſ. 4. 1. Petr. 2. Mortales inimicitiæ eſſe debent. Cic. pro Rabir. Ethnici celebraverunt frequenter convivium Chariſtiæ. Val. Max. l. 2. c. 1. Tu convivium adorna amicitiæ. Convivio Chariſtiæ nemo præter cognatos,

tos & affines addebatur, ut si quæ inter necassarios quærela esset orta, apud sacras mensas, & inter hilaritatem animorum favitoribus concordiæ adhibitis, tolleretur, unde Ovid. 2. Fastor.

Proxima cognati dixere charistia chari,
Et venit ad socios turba propinqua Deos.

Nos inimicis etiam convivium adornare jubemur, non tantum amicis & propinquis. Animum iratum abjice, mea Anima,

——*Hunc tu compesce catenis.* Horat. l. 1. Epistol. Epist. 2.

Anmistiam institue, & videbis exinde commodum valdè maximum. Sicut placidũ mare ex aspero, cœlumque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur; sic lites, amicitiâ, bella pacê mutata, multum gaudii afferunt. Offen-

fensarum etiam acerbitas depositæ, plurimùm recreat, Valer. Maxim. l. 4. Amor Christianorum valdè probatus: Ut ignis non melius accenditur, quàm igne; sic amor non melius accenditur, quàm amore. Ambr. Freund in der Not/ Freund in dem Todt/ freund hinter dem Rücken/ das sind drey starcke Brücken. Amiculi in cruce obvia, amiculi in morte aspera, amiculi ad terga undiq;, pontes sunt vitæ in tramite. Videre amicum perinde est, ac si quis jactatus in mari conspiciat portum. Euripid. Facilius quis cum amicis gravissimam calamitatè fert, quàm solus vel maximam prosperitatem. Chrisostom. Quid gloriosius quàm iram amicitiâ mutare. Senec. l. 2. de ira, c. 34. 2. Amicum cautè elige. Ille delectatur equis, ille canibus, ille pecuniis, major est Thesaurus in amicis verè candidis. Solem è mundo tollunt, qui amicitiam è vita. Cicer. in. Læl.

Respi-

Respicienda hîc 1. conformitas, ὅμοιος ὁμοίῳ, Plato in Gorg. eaque 1. in Religione, nulla animorum unio, ubi in Religione est nulla communio. Wenn du wilt mit der Welt Freundschafft haben/ so schicke Christum zu Herode, das ist/ hilff das Evangelium, Lehr vnd Diener Christi verspotten / vnd verfolgen. Arndt. in pass. conc. 2. p. 327. 2. in morum directione: Ea demùm jucundissima amicitia, ubi similitudo morum convenientissima, neque ullum certius amicitiæ vinculum, quàm societas & consensus consiliorum & voluntatum. Cicero. pro Cn. Planc. 3. in ætate, vid. Erasm. Chil. 1. Cent. 2. ad. 20. 4. in conditione: Difficulter diviti cum paupere convenit, aut Regi cum inferiore. 2. respicienda veræ amicitiæ dignitas, quæ inter bonos esse debet, non inter malos: sine bono suscipi debet, non ex lucro.

Tollit

Tollit amicitiam, qui tollit verecundiam. Tollit amicitiam, qui in illa lucrum quærit & pecuniam. Vulgus amicitias utilitate probat, ζεῖ χύτρα, ζεῖ φιλία, ubi Chytræus, ibi Philadelphus. 3. respicienda probationis diuturnior utilitas: Non prius aliquis nominet amicum, nisi cum eo comederit Salis modicum. Aristid. Eth. ad Nico. l. 8. c. 4. Ut vas experimur tinnitu; ita decet amicos probare ex affectu. Vas ut experiamur, aquam, non vinum infundimus: ita principiò frivolum quiddam amico concredendum, ne postea de fide silentii periculum faciamus. Erasm. in Simil Amabilis socius omnibus est officiosus, & nulli onerosus; quia devotus ad DEUM, benignus ad proximum, sobrius ad mundum; domini servus, proximi socius, mundi dominus; superiora habet ad gaudium, æqualia ad con-

sortium, inferiora ad servitium. Hugo. l. 3. de anima. 4. respicienda amici integritas. Proverbium quidem commune est: εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι; sed illa verba ajunt de amica affectione, non amicorum plurimorum electione. Plus prodest unus verè amicus, quàm tot, qui fucatum animum gerunt: In pectore amicus quæritur, non in atrio. Senec. l. 6. de benefic. c. 34. 5. respienda animi in servanda amicitia firmitas: Difficile quidem est, amicitiam usque ad extremum vitæ diem permanere. Cic. in Lælio. Sed tamen necessarium est, Viro bono necesse est, habere quatuor. 1. ut omnes sibi amicos faciat. 2. ut si non potest facere amicos, non faciat inimicos. 3. ut si non illud, discedat. 4. ut si quis discedentem persequitur, non vindicet. Hugo. l. 4. de claustro animæ.

Domine

Domine JESU, amice tuorum omnium fidelissime; tu diligis fideliter, constanter, utiliter: obsecro, ne fiam amicus mundi, sed permaneam filius DEI. Diligam te fratrem meum, amicum meum, Salvatorem meum: præter te neminem desidero, neminem diligo, neminem colo. Amicum in hac vita si adjungere mihi cogitas, da pium, da facilem, da candidum, da benevolum, nunc & semper. AMEN.

1. *Fide, sed ante vide; qui fidit, nec benè vidit, fallitur: ergo vide, ne capiare fide.*

2. Boëtius, de consol. l. 2. metr. 8.

O felix hominum genus, si vestros animos amor
Quó cœlum regitur, regat.

MEDITATIO XXXVIII.

UBI VIOLARIUM QUINTUM DIEI JOVIS ACCOMMODATUM, CONTINENS VIOLAS IN PRÆTORIO PILATI.

Psal. 43. Judica me DEUS, & discerne causam meam, de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Augustinus in Psal. 129. Sanguis innocens fusus delevit omnia peccata nocentium.

JUDICIS OFFICIUM MAGNUM.

ANima *Christiana*, anima devota: Hodie dies Jovis est; dies tonitrui, atque fulminis. Fulminant hostes, fulminat judex. Si quis in innocentem fulminare non potest, boni viri

viri titulum tueri non poteſt. Etiam tribunalia, ſedilia, parietes, prætorium, adverſus Salvatorem inſurgere videntur. O amara dies, dies tonitruum & calumniarum, dies injuſtitiæ & ignominiæ. In Pilati prætorium, hoc quinto ſeptimanæ die ibimus, & faſciculos aliquot violarum decerpemus.

1. Faſciculus violarum in prætorio Pilati, eſt *Convocatio*: Ut Salvator in prætorium rediit, Pilatus Sacerdotes & Scribas convocavit, imò omnes convocavit, ſi fortè aliqui in tanta multitudine innocentiæ patrocinium ſuſcipere vellent. Juſſit omnes convenire, & ad tribunal propius accedere: inſtituit Concilium, ut liberaret Chriſtum.

2. Faſciculus eſt *innocentiæ publica demonſtratio*: Pilatus convocat populum, ſed non ſine ſententia, quæ talis: Obtuliſtis, adduxiſtis, ſine meo

violat.

jussu, sine mea voluntate, sine meo scitu, quem? non Salvatorem, inquit, non JESUM, non DEI filium; sed hominem. Hominem si dixeris, omnis generis miserias dixeris: adduxistis umbram, larvam, hominem, ex humo & pulvere. Regem noluit dicere, ne Cæsarem offenderet, Cæsarem noluit appellare, ne irritaret Herodem, quasi evertentem populum: accusastis eum de seditione, & regni affectatione: vultis statui in eum mortis sententiam, qui tamen semper salutavit innocentiam. *Et ecce, ego coram vos interrogo* (ἀνακρίνειν, est interrogare, examinare, quæstionem habere. D. Gerhard. l. d. p. 455.) Pilatus etiam clàm CHRISTUM interrogvit sed coram populo dissimulavit; idque in gratiam rei, ne in illum magis exardescat invidia populi. *Nullam causam invenio, in homi-*

homine isto : Nec unicam invenio causam, multò minùs prævaricationem morte dignam, in homine isto, ex his, in quibus istum accusatis. Accusatores crimen allegare poterant, probare non poterant. Sed neque *Herodes* : nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est. Sic mendacia Judæorum in spongiam incumbunt. Salvator non hæreticus est, quia de hoc nihil Herodes, qui tamen professione Judæus, Salvator non seditiosus est : si enim tale aliquid in Galilæa commisisset, gravius quid contra eum Herodes Tetrarcha statuisset : unde nec lata in ipsum mortis sententia, nec crux ipsius humeris imposita, nec lapides collo appensi, nec quicquam actum, quod significaret supplicium : sic tacet veritas, & testificantur pro ea inimici. Theophyl.

VIOLAR

in c. 23. Luc. Audi Judæe, audi Pagane; Pilatus ipse fatetur, neque se, neque Herodem, dignum quid mortê in Christo reperisse. Beda.

3. Fasciculus 3. *Justitiæ administratio*: Pilatus dimittere vult innocentem, sed castigatum, sed emendatum; In priore, justitia: dimittendus certè, qui non deliquerat: in posteriore, injustitia; quia non castigandus, qui nihil mali fecerat. Sic Judex Judæorum furori satisfacere, & populi favorem aucupari voluit. Pilatus riecht starck nach der Welt / vnd jhren Kindern. Es sol aber ein Richter / vmb eines grossen Anhangs / oder Beystands willen / den Stab nicht brechen. Matthes. l. d. p. 18. Castigatum Salvatorem Judex petit, & per verba & per flagella. O Pilate, Pilate, quid agis? teipsum audi, non alios; Si innocens est CHRISTUS, cur

NON

non absolvis ? Si flagris cædendum judicas, cur innocentem dicis ? Tali exitu terminari solent consilia illorum judicum, qui affectionum impetu patiuntur se abripi, & magis homines, quàm DEUM, & conscientiam suam reverentur. D. Gerhard. l. d. p. 458.459. *Necessum autem habebat dimittere eis per diem festum unum.* Traditio hæc erat, consuetudo erat, non divinitùs præcepta ; sed propria voluntate, sivè humanitùs, instituta. Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relictô errore sequamur veritatem. Cyprian. de hæret. bapti. Plus nobis rideant DEI mandata, quàm hominum commenta: DEI veritatem sequi oportet, non consuetudinem. Idem, l. 2. Epist. 3.

4. Fasciculus ; *æquitatis continuatio*: Exclamavit universa turba, quia turpitèr erravit conversa turba:

VIOLAR

Omnis turba clamat, quando Christum ad supplicium vocat: Da ist groß vnd klein Hanß vnnützig: sed quid clamat? Tolle Messiam, & dimitte Barrabam. Verè hic Glauci & Diomedis permutatio. Latronem colunt, præconem tollunt: sicarium amant, justissimum in judicium vocant. Tolle hunc, ô amarum Tolle, ad quod tamen Christus non exclamavit τὸ nolle.

Tolle, aufer è medio, occidendum trade,
Igne, rota, ponto, funibus, igne, neca.

Dimitte Barrabam, qui erat propter seditionem quandam, factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem. O mentem scelestam! similem sui petunt, scelestum dimitti, & insontem puniri jubent. Chrysost.

Latro-

latronem petunt, non Salvatorem: interfectorem, non vitæ datorem. Ex August. Herr omnes bittet bey Pilato vor sein liebes Söhnlein / vnd verurtheilet Christum. Ex Matth. Barrabas insignis famositate criminis, non nobilitate generis. Lyra. Piscibus nunquàm melius, nisi in aqua, & furibus nisi in furca. Mit Dieben vnd Mördern fort / daß ein jeder komb an sein Ort / wie solches wil haben Gottes Wort. Hart. Brun. in Paßions Predigten / part. 4. conc. 7. p. 172. Carcer facinorosorum regia est, à coërcendo dicta. Varro. de Ling. Lat. l. 4. Unde carcer ad terrorem increscentis audaciæ, media urbe, imminens foro, ædificatus. Liv. Dec. 1. l. 1. Carcer vindex nefariorum ac manifestorum scelerum. De tribus urbis Carceribus vide Lipsium, comment ad 3.

libr. Tacit. Dignior Barrabas carcere, dignior morte, quàm favore, & manumisione. Pilatus nihil adhûc remittit, neque intermittit: Iterùm ad turbam loquitur, volens dimittere JESUM. Multas liberandi occasiones dedit (verba Hieronymi) primùm latronem justo conferens, deinde inferens: *Quid igitur faciam cum JESU.* Cumq; responderent: *crucifigatur*; non acquievit, *Quid mali fecit hic?* dicendo, absolvatur Jesus: *at illi magis clamabant, crucifigatur.* Ut impleatur Psalmus: Circumdederunt me canes multi, aperuerunt super me os suum, sicut Leo rapiens & rugiens. CHRISTUS erat illustris beneficiis, Barrabas latrociniis: CHRISTUS pacis autor, Barrabas seditionis concitator: CHRISTUS insignis prædicator, Propheta, suscitans mortuos, Barrabas latro, occi-

occidens vivos: Christo magister omnium, bonorũ, Barrabas antesignanus omnium facinorosorum. D. Gerhard. l. d. p. 487. Nihilomius Christus condemnatur, Barrabas liberatur. Crucifige, clamat turba, quæ prius clamabat, Salve. Ubi nunc turba, Osianna tuum, ubi benedictus, ubi jubilus? Tàm citò ne fervor tuus deferbuit? tam citò tuus affectus in urbe defiit? Sic mundus Sues ac suos diligit, electos respuit. Nè sic Judex assentitur; sed tertiò dicit: Quid mali fecit iste? nullam causam mortis invenio in eo, corripiam ergo illum, & dimittam. Quid fecit Jesus noster? respodeant ab immundis Spiritibus liberati, languidi sanati, leprosi mundati, surdi audientes, muti loquentes, cæci videntes, mortui resurgentes, & quod omnia superat, stulti sapientes, Utrùm sit malefactor Jesus. Augustin. tractat.

114. in Johan. Cæterùm illi instabant, vocibus magnis postulantes, ut crucifigeretur; & invalescebant voces eorum. Quod impii non habent in veritate, vel in causæ bonitate, habent in voce. Instare debebat, gratiam à creatore petendo, non innocentem crucifigendo: clamare debebat potius, miserere, quàm crucifige, vel parce, Domine. Joel. 2. Clamemus & nos ad Christum, non contra Christum, ne in futurum audire cogamur vociferationes Dæmonum.

5. Fasciculus, Pilati ad stipulatio: Cæsarem offendere Judex non vult, neque populi invidiam attrahere. Magis est sollicitus de gratia Cæsaris, quam creatoris; ideoque adjudicavit fieri petitiones eorum: sententiam protulit. Christum Judæis tradidit, ut ipsi de illo secundum legem judicarent. Lactant. l. 4. institut. c. 28. Non enim

nim Romani milites supplicium crucifixionis executioni dedissent, nisi condemnatoria sententia judicis præcessisset. D. Gerh. l. d. p. 563. Dimisit judex nocentem, judicavit innocentem: dimisit quem petebant, judicavit quem contemnebant. Tradidit voluntati eorum, qui resistere debebat, veritati illorum: non ausus est ulterius voluntati & postulatis eorum contradicere, ne videretur cæsaris Imperio & autoritati detrahere. Formulam condemnatoriam, Die öffentliche vrgicht/ita ponit B. Lutherus Tom. 1. Isleb. Quoniam Jesus Nazarenus Regem Judæorum sese professus, coronam Cæsaream affectavit, Ideo ergo Pilatus, Imperatoris Romani vicarius, & in Judæa Præses, judico ipsum, crucis supplicio afficiendum esse, idq; jure & merito. Adrichon. 9. hāc recitat: Jesum Nazarenū subversorem gentis,

contem-

VIOLAR

contemptorem Cæsaris, falsum Messiam, ut Majorum suæ gentis testimoniô probatum est, crucifigite. Sed quia Pilatus ubique Christo dat innocentiæ testimonium, ideô verisimilius, Judicem omnem culpam in formula condemnatoria rejecisse in turbam Judæorum. D. Gerhar. l. d. p. 567.

Dòmine JEsu, magne Salvator, judicatus es injustè, ne ego condemner justè: tua innocentia meæ medicina: tua condemnatio mea salvatio, tua ignominia mea gloria, in æternum, AMEN.

Lactantius in Passion.

Cerne manus, clavis fixas, tractosq; lacertos,
Atque ingens lateris vulnus: cerne inde fluorem
Sanguineum, fossosq; pedes, artusq; cruentos.
Sim præcor in requie, propter hæc vulnera quinq;.

MEDI-

MEDITATIO XXXIX.

Continens usum atq; fructum fasciculorum violæ præcedentium.

Rom. 15. Quæcunque scripta sunt (in Passione facta sunt) ad nostram doctrinam scripta (ad nostram salutem facta) sunt.

Passio tua, Domine Jesu, ultimum refugium, singulare remedium, indeficiens sapientia, sufficiens justitia. *Bernh.*

PASSIO FONS, TU SUGE LIQUORES.

ANima Christiana, devota anima, Viola nolæ oblongæ effigiem repræsentat, ist formieret wie ein kleines

Glöck-

Glöcklin oder Schellichen. Sandæus in flor. myſtic. p. 219. Hodiè Campana condemnatoria in Pilati prætorio terribiliter pulſatur. Hodiè nola tangitur, & ſic mortis ſententia Chriſti innocenter condemnati longè exauditur. Violas in Pilati prætorio vocales valdè habemus 1. Pro Chriſti fidelibus: Vor glaubige Kinder GOttes. Salvator noſter à Judice ad judicem contendit, nunc hûc, nunc illûc trahitur. Illum jam Pontifex examinat, illum Herodes nunc ſubſannat; illum Pilatus interrogat. Ut Chriſto multæ viæ; ita Chriſtiano plures anguſtiæ. Wir werden geführt / von einer Kranckheit zur andern / von einem Creutz zum andern / (experto crede pie lector, illa April. d. 16. commentanti,) von einer Anfechtung zu der andern / von einer erſchröckniß zur andern / Iſt ein Creutz vnd Kummer Weg gebettet / iſt ein newes verhanden.

Ach

Ach verleyhe nur gedult / HErr JEsu / vnd allen bekümmerten Creutzhertzlin: Hillerus in amore crucifixi. medit. 37. hieher gehört patientia Sanctorum, vnd sich mit Christo vnd Josephs Exempel im Creutz getröst / vnd auff den lieben Jüngsten Tag geharret / da wird es aus einem andern Faß gehen / Matthes. l. d. p. 119. Secreto Dei consilio agitur, ut peregrinationis tempore electorum vita turbetur. Via quippe est vitæ præsentis, quâ ad patriam tendimus, & iccircò hîc occulto judicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus Gregor. l. 23. Moral. Justis amplius placet, ex adversitate, mala perpeti, quàm ex prosperitate, terrenæ dispensationis curâ, fagitari. Idē. l. 3. Intelligas hunc medicum esse Deum, & tribulationē ad salutem medicamētum. Auguſt. in Ps. 21. 2. Pro piis Judicib9: Pilat9 videt

Jesum

Jesum ab Herode ad se rursus amãdatum, ideoq; antequã ulterius judicat, accusatores vocat: Magnum Politicæ prudentiæ & justitiæ argumentum: Plus vident oculi, quàm oculus. Unde duo oculi, duæ aures, duæ manus, duo pedes, ne judices essent in ferenda sententia singulares. In unius hominis judicio plures meritò senatores, ut si unus ex illis causam malè intelligat, cæteri emendent. Utriq; audiendi, & reus & accusator: Imò causam probe judices examinare decet, quàm de sanguine judicent. Tutius instituuntur comitia, de regni administratione, quàm de humani sanguinis effusione. Hæc licet minus rectè susceptа, potest corrigi, illa crudelius usurpata, nequit iterum reparari. Iudicabit Iudices Iudex generalis, omnis judicabitur, nec dicetur qualis; ibi nihil proderit quicquam allegare, neque excipere,

pere, neque replicare; hîc non erit codicis locus nec digestis, ficta pœnitentia nil conducit mœstis, contra jus justum nulla stabit pestis; idem erit Dominus, judex, actor, testis, absque fide cuncti erunt ignis atque restis. Sel. necc. in Postill. part. 1. pag. 102 super Dominicam 2. Adventus. Ingeminet pius & cordatus Iudex illud Poetæ Christiani:

Expectata dies, cum mortis venerit hora,
Da pater, ut moriar placidè neq; torquear ægrè,
Judiciiq; diem mihi suavem redde, redemptor,
Ante tuum supplex, ut stem, Pie Christe, tribunal,
Et salver: satis hoc, non est ut plura requiram.

3. Pro innocentèr patientibus:

Vor die Leuth / so vnschuldig vnd mühseelig

seelig leyden. Christi innocentia ubiq; decantata: propria non habebat peccata, sed delevit aliena. Augustinus de Tempore. Serm. 114. Adæ justitia imputaretur tibi, & Christi justitia non pertineret ad te. Bernhard. in sermon. ad milit. templi cap. 11. Salvator tuus à tot judicibus examinatus nihil habuit, quod morte dignum aut vinculis. ¶ Tu ad Christi imitationem ita vitam institue, ut in mortis hora nihil in te Dæmones, quod illorum sit, inveniant, Coster. in med. sup. passion p.m. 59. Innocentia rarissima: in tantum corruptela morum proficit in hominibus, ut apud quàm plurimos innocentia habeatur pro stultitiâ. Origin. in Psal. 36. homel. 5. Wer sich gern vnschuldig will halten/ den helt die Welt für ein Gäcken/ Boemus in spectac. passionis. conc. 81. p. 409. leve præsidium innocentiæ, ubi libido

libido dominatur. Cicero. de Orat. p. 218. premitur innocentia, sed non opprimitur: auri naturam retinet. Auro uni rerũ nihil igne deperit, quinimô quô sæpius arsit, proficit ad bonitatem: Ex Plinio. Innocentiæ nihil ex accusatione decedit; quinimô quô sæpius premitur, eô magis triumfat. Innocens hoc tempore sæpè damnatur, licet sine sanguine. Ob schon nicht allweg das rothe Blut/herausser laufft/ so geschicht doch manchem vnschuldigen Menschen wol so wehe/ als wann man jhn abkhelete/ vnd das Blut aus allen Adern zäpffete. Boemus l.d. Vera innocentia, ubi integritas sine peccato, venditio sine debito, flagellũ sine merito, August. super Ps. 38. Vitam beatam efficiunt, tranquillitas conscientiæ & securitas innocentiæ. Ambro. in Hexaëm. Nihil sancta & singularis illa majestas aliud ab homine desiderat,

quàm

VIOLAR

quàm solam innocentiam: quam si quis attulerit Deo, satis piè religioseq; litavit. Lactant. l. 6. institut. divin.

Domine JEsu, innocens non sum coram te, sed valdè nocens: innocentissime Salvator, obsecro te, propter innocentiam tuam, dirige gressus meos in verbo, nec malum imperare concede in animo. Laß kein vnrecht vber mich herschen/Laß dein Wort meiner Füsse leuchte seyn / vnd ein Liecht auff meinen Wegen / vnd führe mich auff den Steig deiner Gebott/ zum Ewigen Leben. Hiller. l. d. Medit. 38. AMEN.

MEDITATIO XL.

PRIORUM CONTINUATIONEM HABENS

Jerem. 10. Væ mihi super contritione mea.

Gregor.

Gregor. Moral. lib. 19. Majora crimina credenda non sunt, mox cum audiuntur, sed tamen citius punienda, cum veracitèr cognoscuntur.

TU NE CEDE MALIS. —

ANima Christiana, Fasciculus in prætorio Pilati est 4. *projustitiam administrare cupientibus*: Pilatus in hoc æquior, quod quærit Salvatorem dimittere, in hoc iniquior, quod innocentem vult corripere. Sic fieri solet, cum quis à justitiæ tramite deflectit. Quemadmodum is, qui à regia via semel abit, in graviores errores sensim prolabitur: Sic qui à parvis à justitia decedit, in minoribus eandem contemnere discit. D. Gerhard. l. d. p. 459. Non solum prudentia, sed etiam animi præsentia judicibus necessaria, ne odiis hominum territi,

à via justitiæ abeant. Nihil honestum, quod justitiæ vacet. Cicero de Amicitia. Justitiæ obtemperare, summa libertas. Ex Boetio, l. 2. de consolat. Justitia principis, melior subditis, quàm fertilitas temporis. Cic. l. 2. Topic. Verum eheu nunc

—— *ad superos Astræa recessit.* Juvenal. Satyr. 6.

Fasciculus violarum quintus, in prætorio Pilati est *pro Lutheranis gementibus atque plangentibus:* Scripturam illi salutant, uti adversarii traditiones Cynosuram æstimant. Judæi consuetudinem captivi liberandi solicitè observant; sed verum DEI cultum relinquunt. Ita solent humanæ traditiones, præsertim si accessit opinio necessitatis & cultus, hypocritas efficere. D. Gerhard. l. d. p. 462. Abstinere à carnibus, extra convivium vivere, non quidem à Scriptura præceptum,

ptum, sed ab Ecclesia institutum: Interim majus peccatum, & grandius piaculum, illa intermittere, quàm ea quæ in sacris sunt, opera perficere. Barrabas latro dimittitur, Christus præco crucifigitur: Barrabas multos habet, qui illum liberum volunt, paucos Salvator, qui pro illo intercedunt. Graviter peccavit Judex, quod Barrabæ Christum; tenebris lucem, autori cædis, autorem vitæ; homini publicè flagitioso, sanctum & bonum, imò Satanæ filio DEI filium conferre ausus. D. Gerhard. l. d. p. 467. Evangelici postponimur Barrabæ, Judæis, Turcis, Moscovitis, Tartaris: illi liberam paciscendi, emendi, vendendi, potestatem concedunt, etiam in media ROMA: Nos Evangelici nullam habemus: illis dicitur: accedite; nostris, in malam rem abite. De nostris hi dicuntur Imperativi:

VIOLAR.

Tolle, non dimitte, crucifige. De cœteris conjunctivi; feras, agas, permittas. Hoc scilicet mundi judicium & obsonium est, qui spretis summis bonis, pessima eligit, benefactorem odit, hostem amici locô habet. Cave tamen, ne ob modicum lucri, aut humani favoris, contra tuam ipsius conscientiam, Christum prodas. Costerus, l. d. p. 606. Judæi toties Christum, Mariam virginem, N. Testamentum convitiantur, & tolerantur: Evangelici Christum, Biblia, Magistratum, piè venerantur, & ubivis ferè relegantur. Sic Barrabas Christo præfertur, Judæus Christiano, Paganus Evangelico. Keinem öffentlichen Vbelthäter ist die Welt so feindt / als dem HErrn Christo / vnd seinen Leuten. Arndt. p. 329. die ein Schaf / mitten vnter den Wölfen. Ut crucis causa manifesta Judæorum invidia: Hieron. ita persecutionis causa adver-

adversariorum crudelitas, & mala conscientia. Cor invidi est sedes Diaboli, Bruno. part. 4. passion. conc. 7. p. 125. Invidus membrum Satanæ. Isidorus. de summ. bon. l. 3 c. 25. Invidiâ innocentes damnantur, perversi peccatores liberantur, minora puniuntur, majora dissimulantur: puniuntur transgressores decretalium & statutorum, dimittuntur impuniti transgressores divinorum mandatorum. Ludolph. de Saxon. in vita Christi. part. 2. p. 62.

Sextus violarum fasciculus in prætorio Pilati, est *pro timidis & trepidantibus*: Vor die in Regimentern/ so sich immer vor dem Bergfall fürchten. Pilatus adversariorum vociferationibus victus cedit, improbus, effrenis, maleque sententiam dat. Pilatus wird zur Männin / auß einem Mann. Volebat gratificari populo, non DEO. Ex Theophylact.

VIOLAR.

phylact. ait: gens tua comprobavit te Regem, propterea præcipio te primùm flagellari secundùm principum statuta, deinde ad necem tradi. Ludolph. de Saxon. part. 2. c. 62. Si cui vis est, jus non metuit, jus obruitur vi. Palingen. in zodiac. sign. 10. vers. 830. O Reges, Principes, Judices, hûc mentem advertite; non similis est casus corporis atque tessararum. Ælian. l. 54. c. 43. Es leſt ſich nicht mit Menſchenbluet ſpielen wie mit Würffen. Rectè judicate filii hominum, Psal. 53. remotâ justitiâ, quid aliud sunt regna, quàm latrocinia? August. l. 4. de civit. DEI. c. 4. Interim necessarium est, naturæ affectum, Legi suffragium reddere. Pilatum timor vicinus ad pœnam trahit: Er hat mit ſeiner Mörderiſchen Obergab kein Ablaß verdienet. Boemus. l. d. conc. 100. p. 620. Aliqui volunt,

volunt, Pilatum sceleris pœnituisse, veniamque à DEO meruisse. Platin. in proëm. de vit. Pontificum. Philippus Bergom. hist. l. 8. Unde Tertullianus; omnia super Christo, Pilatus & ipse jam pro sua conscientia Christianus, Cæsari tunc Tyberio nunciavit. Apologetic. c. 21. Si illud factum, locus veniæ Pilato non denegatus: Si CHRISTUS oravit pro crucifixore, cur non pro Judice? Irenæus, l. 1. cap. 24. ex Gnosticorum mente Pilatum CHRISTO effigiem parari jussisse scribit: de quibus nos certi nihil statuimus. Ἀυτόχειρα nonnulli Pilatum volunt, & sepultum in quadam lacu, non procul à Rosanna. Jacobus de Vorag. c. 51. histor. Lombard. vide Vadian. comment. in Melam. l. 1. Conr. Gesnerum in descriptione montis fracti juxta Lucernam. Vulgus Pilatum circà illius lacum,

VIOLAR.

singulis annis semel judicis vestibus indutum, apparere, opinatur, qui illum videat, vivere per annum amplius non posse. Sed hæc verius fabula, quàm historia.

Ad generum Cereris, sine cæde & sanguine pauci,
Descendunt Reges & sicca morte Tyranni. Juven. satyr. 10.

VII. Septimus violarum fasciculus, & ultimus, in prætorio Pilati: *pro morte innocenter sustinentibus*: Die vmb der Warheit willen verurtheilt werden: Christiani sunt in mundo καθάρματα, περιψήματα: Tolerari nequeunt, sed condemnari eos, adversarii justum ducunt. Ipse Salvator innocenter damnatus fuit: magis itaque gaude, quod damnatus, quàm absolutus. Tertullianus, ad Scapul. in p. incip. In Apologet. c. ult. Sententiis Adversariorum gratias age: sic enim liberâris à mi-

à miseria carnis illecebra, Diabolorum ferocia, & triumfas in incessabili gloria.

Domine JESU, diligo justitiam, desidero patientiam, & vitæ finem atque clausulam exspecto beatissimam. O du gebenedeiter HErr JEsu / all mein Hoffnung / all mein Zuversicht vnd Vertrawen / werffe ich / als einen festen Ancker / in deine blutige Wunden. Ach deine Todten Verurtheilung sey meine Loßsprechung vom Ewigen Todt / vnd Verdamnüs / AMEN. Hiller. in Amore Crucifixi. med. 45.

1. *Tam tibi sit mitis Ponti Pilate Megæra,*
Tamq; tuæ moveant lacrymæ Plutona ferocem,
Quàm merito injusto periit de Judice Christus. Gregor. Turon. 2. HErr gib dein Gnad der Obrigkeit / zu richten nach gerechtigkeit /

Damit das Vnrecht werd gestrafft/
Vnd Vbelthat werd abgeschafft.
Magistratui.

Tuam da JESU gratiam,
Ut judicet justitiam,
Iniquum ut semper arguat,
Et innocentem protegat.

MEDITATIO XLI.

UBI VIOLARIUM SEXTUM IN Calvariæ promontorio ad diem septimanæ sextum.

in quo particula προηγιασμένων.

Hebræ. 12. Christus proposito sibi gaudio crucem sustinuit.

Chrysostom. Quot putas Angelos præcessisse, cum Christus educeretur?

MUNDO EXI, SI VIS COELUM. —

Anima

ANima Christiana: Audisne in Pilati prætorio nolam mortis, campanam judicii: Videsnè Salvatorem tuum è prætorio egredientem, & humeros miserè attrahentem: vides illum cum vægrandi cruce ad montem Calvariæ contendentem? Hör/hör/Jetzt/jetzt/ wird die Blut- vnd Gerichtsgloggen in Pilati Richthauß mit macht gezogen. Es heist: Cum ducerent eum: quem duxerunt olim in Pilati prætorium, nunc ducunt in promontorium. Ducitur SALVATOR, sed volens; ducitur, sed insigniter patiens, ducitur mori cupiens. Tu ad leve vulnus non fers attactum alterius, quos igitur DOMINO tuo expresserunt dolores immites militum, raptationes? Costerus, l. d. p. 654. Den/ der die Jüden in die Stadt mit Ehren geführet/ den lassen sie mit Schand vnd

schmach wider herausser führen. Matthes. l. d. p. 25. προηγούμενα crucifixionis primùm pervideamus. Ubi 1. habemus *Militem subdolum*: Egreditur Salvator, ductus à perfido milite, ut nobis introitum pararet in cœlesti arce. De hac Christi Exodo locuti Moses & Elias in Monte Taborino, Luc. 9. CHRISTUS ex urbe Hierosolyma cum summa ignominia educi voluit, ut viam ad cœlestem Paradisum, per Hierosolymam præfiguratum nobis patefaceret. Exit Salvator ductus à rapaci & crudeli milite: exit summus Sacerdos, coronam regni sui indicem in capite ferens. Exit à Judæis, ut regnum ac beneficia regni sui ad gentes transferat: exit violentèr à Judæis repulsus; qui Majores eduxit ex Ægypto in magna lætitia. Exod. 12. ab eorum posteris educitur è Regali Hierosolyma. Qui consequi

sequi volunt fructum Dominicæ Passionis, exeant mundo per affectum cordis. D. Gerhard. loc. d. p. 580. Exeamus affectu, ne mundum diligamus effectu, ut eum corpore & mente deseramus, profectu; ut cum Domino unius spiritus fieri contendamus. Certe eductio illa dolorosa. 1. Ratione Societatis: Duo Salvatori adjunguntur Latrones, non duo verbi præcones. Maleficis aliâs Ecclesiæ ministri adjunguntur, qui solentur; sed Salvatori latrones associantur, qui ex patrê calumnientur. 2. Ratione comitatus magni: Tot habet Salvator in Eductione comites, quot olim in concionando auditores. Es wird da Krums vnd Lams zugeloffen seyn. 3. Ratione loci: Ille mons erat Calvariæ, ubi suspensa patibulatorum corpora: non Thaboris ubi apparebant Moses & Elias in singulari gloria.

Matth.

Matth. 17. Educitur quis facinorosus ad supplicium, eò major turba occurrit, quàm cum pulsus campanæ datur, ad frequentandum templum. Manè ruunt portis, nusquàm mora. Vergil. l. 4. Georg. p. 93. Ductus fuit Salvator, Præcone clamante. Ludolphus de Sax. in vita Christi. par. 2. pag. 62. Educitur Salvator 1. ad scripturæ impletionem. Gen 22. 39. Levit. 16. Num. 19. Heb. 9. Esa. 53. Jon. 3. Matth. 12. 21. Luc. 9. 2. ad faciendam pro omnibus satisfactionem: Ne putares (verba Chrysostomi, l. 45. homel. 32. pro illa tantum plebe oblatum, ideò forâs civitatem, forâs muros, ut cias, sacrificium esse commune, quod totius terræ oblatio fuit. 3. in gressuum nostrorum benedictionem: Hat vnsere Gäng hierinnen weihen vnd segnen wollen. 4. in viarum electis calcanda-

candarum demonstrationem: Viæ hæ satis amoræ, satis periculosæ; sed digitum intendant Electi Cœlo, & dicant: Ibi erit anima nostra in refrigerio, 5. in felicissimam emigrationem: Wann wir heimfahren aus diesem Elende. Vita nostra nihil aliud, quàm ad mortem cursus est: moriamur igitur benè, ut vivamus in æternum lætissimè. 6. in impiorum sempiternam relegationem. Ecce quales moderni Judæi? dispersi, palabundi, & cœli, & soli sui, extores. Vagantur per orbem sine homine, sine DEO, sini Rege: quibus nec advenarum jure terram patriam saltem è vestigo salutare conceditur. Tertullianus, in Apologetico. c. 21. Die arme Schuggeler dörffen nicht recht mehr in jhr Land. Jam remoti sunt à suis terris, removendi in posterum, si

non

non pœnituerit, à sanctorum consortiis, sive Cœlis. Psal. 52. 9. 49. 7. In cœlorum reserationem: Adam per superbiæ cupiditatem iterfecit ad miseriam: Salvator per humilitatis fortitudinem iter paravit ad gloriam, Leo. serm. 18. de Passion.

Mea Anima, Christiana anima, habes hic fasciculum violarum, ex quo confice oleum contra tristitiam animarum. Grave & insuave est carni ægrotare, judicari, duci, mori, è mundo egredi: imò triste est ob religionem exulare, patriam relinquere, & dulcia arva fugere. Salutare à tergo liberos, amicos, substantiam, domos, cætera. Oleũ confice, Christum respice, egressum ejus inspice, mundũ despice. Forti patria ubique est: ut piscibus æquor. Ovid. 1. Fastor. ut volucris vacuo quicquid in orbe patet. πατρὶς ἔστι τῷ σοφῷ πᾶσα πολις. Heliodor. Acth. l. 3. p. 349.

p.349. Es ist doch vberal gut Brodt essen. Boëmus in spectat. Passion. conc. 101.p.10. Act. 4. Etiam alibi salillum splendet, non in patria solùm. Joseph, emergit inter peregrinos, cujus etiam aspectus sorduit apud domesticos: quod patria non admittit, peregrina terra lubenter recipit. Es ist vielmal schad/ daß ein vndanckbar Vatterland/ sol ein frommen Joseph behalten. Moriendum tibi est, anima, egrediendum tibi est, non repugna: satius est semel piè mori, cum Christo egredi, quàm toties in mundo affligi: Egreditur nobiscum labor & dolor, morbi, angustiæ, tribulationes, tentationes. Non senties mortis morsum, si ex fasciculo hoc violaceo animulæ discessuræ præparabis oleum.

Domine JESU, durum mihi, mortem sufferre, vitam resignare, egredi mundo, recondi sepulchro: sed tu

prior

prior mortuus, prior egressus, tu prior sepultus: O fragrantissimum ex te violarum oleum! illô rigorem mortis leniam, carnis horrorem repellam, mundi carcinoma procul abigam: tu me mori desiderantem non relinque, sed alteram vitam anhelantem benignè susci pe, Amen.

Viola cordis aperire,
Cujus odor fragrat mirè
Te dignare dilatare,
Fac cor meum anhelare,
Flammâ desiderii.
Da cor cordi sociari,
Tecum JEsu vulnerari,
Nam cor cordi similatur,
Si cor meum perforatur
Sagittis improperii.

Bernhard.

MEDI-

MEDITATIO XLII.

Ubi fasciculus Violarum secundus in πεφηγμένοις.

Hebr. 12. Ne fatigemini, animis vestris deficientes.

Hieron. in Epist. Duobus modis crux tollitur; cum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per Passionem proximi affligitur animus.

BONUM EST FERRE CRUCEM A TENERIS.

ANima devota, anima Christiana: in πεφηγμένοις habes 2. Simonē bajulum: Simon verti potest obediens obsequens, auditor. Der Gottes Wort höret und bewaret. Matthes. l. d. p. 26 D. Gerh. l. d. p. 887. Ubi nominis convenientia: Cyrænius oriundus est

est ex Cyrene, Welches ein Erblin / nahend bey der Statt. Matthes. Sunt qui statuant, Simonem fuisse genere Judæum, natum ex Patribus Judæis in Lybiam usque dispensis: sed verisimilius est, origine gentilem ipsum fuisse, qui Religione Israëliticam amplexus, ac proselytus factus, domicilium suum ex regione Cyrenaica Hierosolymam transtulerit ut cultui divino melius vacare, & veri DEI agnitionem perfectiorem consequi posset. D. Gerhard. l. d. p. 188. Ubi Patria? Fuit quidam: Contemptum, illud quidam notat, & despectum coram mundo; sed laudabilem & commendabilem coram Deo. Ubi mundi superbia? Venit de villa: ἀπ' ἀγρᾶ vel rure: fuit vir plebejus, non primarius: non fuit astutus Politicus, sed simplex Rusticus. Ein gutes einfältiges Bäwrlein/vnd Feldwürmlein/welches seinen eigenen

tigenen Acker bawet. Etiam Deus agricolas honorat, non solum Dynastas, plebejos, non solum literatos: etiam qui serit triticum in Agro, salvari potest; non tantum is, qui verbum proseminat in Templo. Ubi divina misericordia. Huic Simoni imposita, non vini lagena, sed crux Dominica. Apprehenderunt eum, in Græco est ἀγγαρέυειν, angariare; quæ vox Persica, & notat servitium, quod aliquis vi adactus obit. D. Gerhard. p. 589. Weil dieser Simon ein liebhaber vnd Jünger Christi gewesen/ vben sie diesen Muthwillen an jhm/ daß sie jhn zwingen dem HERRN sein Creutz zu tragen/ Arndt. Conc. 16. Passio. p. m. 334. Unde Simonis angustia. Imposita illi crux, non sponte assumbta: Crux vægrandis erat, & valdè onerosa: difficile fuit eam tollere, nedùm bajulare. Portat Simon crucem ὄπισθεν post Jesum

JESUM: è vestigio Christum sequendô, non antecedendo. Salvator viribus fractus erat; unde Simon ad bajulandum lignum à militibus adactus erat; Unde Passionis truculentia. Mea anima, Christiana anima; ex hoc secundo violarum fasciculo confice tibi succum violarum, ut habeas in omni cruce refrigeriũ animarum. **Veilsafft/ ein bewehrter Wundensafft/ halt viel von seiner Eygenschafft.** Certè Simon sudavit, quando Domini crucem bajulavit: Sudamus omnes sub cruce, laboramus omnes sub cruce: succum violarum ad hibere decet, qui refrigerium maximè probet. 1. Christus onere crucis aliquantisper levatus, eandem iterum suscepit, imô ejdem clavis affixus fuit: Liberatio à priore cruce, non est plenaria omnium calamitatum φέρησις, sed ad posteriorem crucem, eamq; graviorem ferendam paraſceve. D. Gerhard. l.d.p. 489. Simon crucem bajulare cogitur

quia crux, quam Christus subire debuit, non ipsi, sed nobis fixa, nostrisq; peccatis debita. Ut Simon portat crucem ligneam: sic nos crucem tribulationum amarissimam. Dieser Simon ist ein rechter Creutzherr/ Commenthur Maltheser oder Creutzritter/ vnd tregt das Bild Christi mit seinen Kindern/ in einem weissen vnd vnbefleckten Gewissen/ wie dann die Christenheit/ als die rechte Pheronica, deß HERRN Christi Bild tregt in jhrem Hertzen. Matthes. l. d. p. 297. Simon adhibitus, ut omnibus innotesceret, quod Christus non sibi mortem debitam, sed hominibus obiret, Athanas. Origen. August. Sicut Simon rure veniens nihil minùs, quàm se crucis bajulum futurum cogitat: Sic piis sepè non cogitantibus ex improviso aliqua crux adventat. HErr Jesu/ ich bin auch ein frembdling/ O gedencke an mein Creutzschuld/ zehle meine Elende Trehnen/ mercke auff meine Hertzensseufftzerlein/ vnnd meine Pilgerfart/ nach dem himlischen

Jerusalem. Hillerus in amore Crucifixi. medit. 47. Nemo sanctorum sponte patitur. Cyrillus in Joh. l. 12. c. 65. das macht das faule Fleisch / das wir am Hals tragen. Boëmus. Passio. conc. 103. p. 29. Sed quod in angaria agimus, hoc non ex studio amoris operamur. Gregor. l. 8. moral. cap. 30.

Domine JESU, crucem tuam libenter geram: qui vult esse tecum, debet crucem tuam portare secùm: Tu sarcinam crucis portasti, ego vix particulam, & tamen queror, & mihi injuriam fieri protestor. Feram Domine Jesu, quàm dui possum, tu vires suffice, & à me non recede, qui reficies in æternum.

Semper in adversis mihi tu Patientia Christe,
Cujus ab exemplo regula: disce Pati.
Christe decus cœli cunctorum conditor, ultrò.

Fers probra & colaphos, spontè flagella, crucem.
Hinc ego, quicquid erit, patienter ferre paratus
Pro te qui patior deniq; victor ero.
Non dubito, verùm spero, te stratus adoro.
In lucem tenebras vertere namq; potes.

MEDITATIO XLIII.

Ubi fasciculus violarum tertius & quartus, in προηγουμένοις.

Thren. 1. Lachrymæ earum in maxillis earum.

Preces & lachrymæ sunt arma Ecclesiæ. Nolite flere pro mundi redemptione morientem, quem in Majestate Pa-

tris videbitis judicantem. *Leo serm.10.de pass.*

INTER LACHRIMAS CHRISTUS.

ANima devota, in περιγυμένοις habes 3. flentem populum: *Sequebatur JESU multa turba populi & mulierum*, πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ. Copiosa populi multitudo: aliqui ad crucifigendum, aliqui ad deridendum, aliqui ad spectaculum videndum, aliqui ad plangendum. Lyra in c.23. Luc. Aderant etiam fœminæ, inter quas procul dubio Maria mater Domini, & aliæ ex Galilæa Christo secutæ. Sed Evangelista loquitur de mulieribus Hierosolymitanis, quæ censebant, Salvatorem planctu & lachrymis prosequendum, sicut Pontifices, Herodes, Pilatus, & pleriq; viri judicabant crucifigendum. Hierosolyma tunc tempo-

temporis latronum spelunca. Matt. 21. Luc. 19. omnium scelerum sentina. Egesippus. Sed ibi habebat Salvator suam Ecclesiolam, quam constituebant mulieres, non confessores. Judas in locum suum abierat, Petrus abnegaverat, cæteri discipuli profugerant: fuerunt fœminæ, quæ affectum & amorem erga Christum conservaverant. Ex quo apparet, in periculosissimis & gravissimis temporibus DEUM sibi semper reservare aliquas reliquias & sanctum aliquod semen, hoc est, aliquos confessores, per quos persecutorum impietas, si non publica voce, tamen occultis gemitibus accusetur & damnetur. D. Gerhard. l. d. p. 594.

Aquam ex hoc fasciculo violaceam confice, mea anima, quæ spirituales oculos salutariter purificabit. Oculorum ratio quàm maximè habenda: non enim ut fungi,

singulis ferè mensibus nascuntur. Herba violarum in aquis macerata, lachrymas expellet, & spiritus visorios egregiè illustres reddet. Beati flentes, Matth. 5. Plus DEO placent lachrymæ pœnitentium, quàm lachrymæ persequentium. O lacruma humilis, tua est potentia, tuum regnum, tribunal judicis non vereris, amicorum, tuorum accusatoribus silentium imponis, non est qui te accedere vetet, si sola intraveris, vacua non redibis, magis crucias Diabolum, quàm pœna infernalis. Quid plura? Vincis invincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium virginis. Hieron. in Epist. Lachrymæ pœnitentium sunt vinum Angelorum. Der Bueßfertigen Träneleín / sind der Engelein lieber Wein. Bernhard. sup. Cantic. Melius est, oculos in lacrumis liquefieri, quàm mentem per superbiam elevari. Id.

de

de contempt. mund. Sicut post vehementes imbres mundus aer ac purus efficitur; ita & post lachrymarum pluvias serenitas mentis sequitur atque tranquillitas. Chrysostom. sup. Matth. Gratiores sunt flentes filiæ Sionis, quàm excellentes filiæ Babylonis. Angenehmer sind die weinende Töchter Sion / dann die frolockende Töchter Babylon.

Anima devota, in πεφυγμένοις habes 4. *alloquentem Dominum.* Conversus ad illas Jesus, non aversus, Mulieres non odit, sed erigit; creaturas suas agnoscit, ideoque ad illas se convertit; ipse enim virginis filius, cui venter capacior cœlis, diffusior terris, hic illum continere valuit, qui tribus digitis molem tetræ appendit. Bernhardus, in serm. unde illud Tertull. l. 2. cont. Marc.

Sponsa virum necuit, genuit sed sponsa leonem,
Virgo viro nocuit, sed vir de virgine vicit
Mira fides, meritò Paulus certissimus autor,
Christum de cœlis ADAM docet esse secundum.

Conversus JESUS ad illas, facie retrò conversâ dixit: Filiæ Jerusalem: non veneficæ, Medeæ, bestiæ Jerusalem: mitis enim est corde, suavis in ore. Ihr Bürger vnd Inwohner dieser werthen Stadt / O ihr kleine Töchterlein / vnd Flecklein / die ihr zu dieser Haupt- vnd Mutterstadt gehört. Filias Jerusalem Phrasi Hebraica nominat eas, quia erant cives & incolæ urbis Hierosolymæ, quæ ipsarum quasi genetrix, nutrix & protectrix. *Nolite flere:* non fletum simpliciter improbat, sed flendi modum. Non decet luctus

luctus triumfum, nec lamenta victoriam. Leo, ſerm. 10. de paſſione. Modum hunc flendi non approbat Salvator, ſed increpat: voluntariè enim patiebatur. Non decet lamentari eum, qui ſponte, & pro ſalute omnium patitur: ſed congruum eſt, ut ille multis laudibus celebretur & evehatur. Per crucem enim & mors deſtructa, & infernus captivus factus eſt. Theophyl. in c. 23. Luc. Filiæ Jeruſalem oculos habebant intentos ad externam CHRISTI ignominiam, non ad paſſionis & mortis Dominicæ cauſam. Putabant Chriſtum ex impotentia pati & infirmitate, non ex propria voluntate. Ach HErr Jeſu/ wie viel ſind die da bekümmert vnd betrübt/ Ach wie ſehnlich ſiheſtu auff die flüßdugelte Creutzhertzlin. Hiller. in Amor. crucif. medit. 48. Etiam flentes nos Evangelicos aſpiciet SALVATOR,

ad nos conversus, dicet: *Nolite flere*: patimini pro me, verbo, religione: & opem meam cœlitùs vobis demonstrabo in amara vestri conditione. *Nolite flere super me*: quia momentaneum mortis meæ supplicium; quia illa, quæ patior, cedent mihi in gloriam, non confusionem & ignominiam: Flete non propter dolores, quos nunc patior, sed propter peccatorum vestrorum angores, quibus ego crucior. *Sed super filios vestros*, qui jam perditioni & internecioni valdè sunt proximi. Generosum athletam, qui in arenam descendit, ac pulvere respergitur (verba Isidori Pelus. l. 2. Epist. 285.) & cæditur, deflere non convenit: siquidem labores ejus in coronis desinunt. Nec fortis & præclari militis, qui ad bellum exit, vulneraque accepturus est, vocem luctu & lamentis prosequi: Victor enim

rim & palmarius redibit, ac statuas & trophæa consequetur. Cur itaq; quæris, quare Christus mulieres lugere noluerit? *Quoniam ecce dies venient.* Particula ἰδοὺ, ecce, pronunciat rem seriam, & hoc tempore planè inexspectatam eis, quos clades illa comprehendet. D. Gerhard. l. d. p. 596. *Dies venient*, jamjam venient, quadragesimo post hôc meum vaticinium anno venient, tàm certò venient, ac ille præsens, quem vivimus; venient, ingruent ex improviso, contra omnem spem & exspectationem: in quibus dicent, non solùm Mulieres, sed omnes Hierosolymæ cives. Ich sage euch warhafftig/ als ewer letzter vnd treuer Propheta. Matthes. l. d. p. 26. *Dicetur quid? Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt.* Per ventres nonnulli statuerunt intelligendos maritos infœcundos, per ubera fœ-

minas steriles: sed concinniùs est, de solis mulieribus verba Christi accipere. D. Gerhard. l.d. p. 597. Beatæ steriles, quia illæ ad fugiendum agiliores quàm gravidæ, quia mulieres habentes liberos, in obsidione fuerunt anxiatæ, non solùm pro se, sed etiam pro liberis suis, & aliquæ præ famis anxietate liberos proprios comederunt. Lyra. Das Land wird verwüstet/ die Stadt verheeret/ der Tempel verbrandt/ die Inwohner durch Hunger/ Krieg/ Pestilentz/ vmbgebracht/ Ewer Kinder gefangen weggeführet/ vnd in die gantze Welt verstöbert werden. Matthes. l. dict. p. 26. Der gröste Segen auff der Erden/ Kinder haben/ wird ein Fluch vnd Hertzenlaid seyn. Mulierculis istis à CHRISTO prænunciatur, non viris. 1. ne videretur ad vindictam comminari. 2. ut inciperent viri factum suum abominari.

ri. 3. ut mulieres illum præ viris colentes posset consolari. Costerus, medit. 32. in pass. p. 666. *Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus operite nos*, ex Os. 8. Apoc. 6. Quæ dicuntur hîc de Judæorum calamitate, eadem prænunciantur de condemnandorum infelicitate: Es sol Jüden vnd Verdambten so bang seyn / daß sie nicht allein in holen Klüfften vnd Steinritzen / sich verkriechen / Sondern auch sehnlich vnd kläglich schreyen werden. Matthes. Quæ singula Salvator prænunciat, non ut ex hac miserabili clade, clamore, ejulatu, caperet lætitiam, sed ut Judæos commoveret & flecteret ad pœnitentiam. Sed in ventos verba fecit Salvator: homine desperato nihil pejus; quamvis signa, quamvis miracula videat, in eadem tamen persistit pertinacia. Chrysostomus, homel. 55. in Johann.

Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Argumentum hic à minori ad majus. Salvator est arbor viridis, nulla peccatorum cariê vitiata, sed omni virtutum genere perpetuò florens ac germinans est cedrus pudicitiæ, palma patientiæ, oliva morum, vitis lætitiæ. Christus lignum viride, vitale, vivificum; nos ligna arida, emortua, & infernalibus flammis debita. D. Gerh. l. d. p. 602. Christus ist einer auß den hohen Cedern vom Libanon: unter des Schatten wir sicher sitzen / vor aller Gifft und Ketzereyen / wie unter einem Aschenbaum. Matthes. l. d. Christus nennet sich ein grünen Baum / wegen seiner Heiligkeit und Unschuldt. Arndt. conc. passion. 16. p. 335. Neige dich / du Christliches Hertz / neige dich / neige und beuge dich / gegen diesem schönen grunen Wunderbaum / So

wirstu

wirstu gleich so gewiß das ewige Leben an diesem Bawm des Lebens essen/ als gewiß Adam den Ewigen Todt an seinen verbottenen Bawm gessen. Brun. par. 5. conc. Passional. conc. 1. p. 311. In arido quid fiet? Ah in damnandis, quid obsecro fiet? in filiis Belial quid fiet? Erunt in inferno, ubi mors optabitur, non dabitur; ibi torquens & puniens non fatigabitur: ibi qui torquatur, non morietur. Sic enim ignis ille consumet, ut vitam tamen semper servet: sic vetera tormenta patientur, ut semper innoventur: sic sine spe misericordiæ vivent, ut tamen moriantur, sic morientur, ut tamen nunquam consumantur. Bonavent.

Domine JEsu, respice me plorantem, alloquere me in periculis ejulantem, converte me ad te, quia me ad te convertere non possum sine te, Filia sim Hierosolymæ, non Sodomæ, Sionis

nis, non Babylonis: fac me plorare, non aliena, sed propria peccata: fac me frequentius cogitare diem judicii venturi, ne incidam in laqueos Dæmonum furiosorum. Beati steriles in malo, & fertiles in bono: Beati, qui ventrem mundi non portavêre, beati, qui ubera peccatorum non suxêre. Averte à me malum, ne cupiam abscondi, sed cum magna constantia, corã throno tuo præsentari. Obsecro coram te sim viride lignum, non aridum lignum, quod in perpetuum vireat, nõ aridum, quod flammas expetat. Herr Jesu/ du grünes schönes Himmelbäumlein/ laß mich mit dir in ewigkeit schön vnd grün verbleiben/ Amen.

—— *atnum*

Miseræ cladem præcinit urbi
Solymæ, matres utero steriles
Fore felices ubere sicco
So bolem fatis mille premendam
Deus infami cum cruce nostrum

Scelus

Scelus immeritus pertulit ultrò
Homo grates cui redde perennes.

MEDITATIO XLIV.

Continens praxin antecedentium, & fasciculum in antecedentibus quintum.

Jerm. 17. Pius quasi lignum, quod transplantatur superaquas, quod ad humorem mittit radios suos.

Athanas. in interpr. parab. Script. q. 7. Arbor homo securis hominis finis.

IN MEDIO VIRTUS.

ANima Christiana, anima devota, ex quarto fasciculo tibi confice acetum violaceũ, quod tibi apprimè conducet, in deliquio criminum: Flere convenit delicta, plorare justũ est, sed uti nec semel, ita nec semper. Si Petrus non amarè flevisset, ad sui recordatio-

dationem forte nunquàm perveniſſet: Et eum

——*nolunt homines ſua crimina flere.*

Cœlum pro nobis ſolvitur in lachrymas.

Fle re decet prævaricationem, ſed non deſperare. Nolite flere, nolite deſperare, Salvator ait. Prohibitus ille fletus, qui vergit ad peſtilentiam, non ille, qui ad pœnitentiam. Salvator aſpicit, quos piè flere cognoſcit: Salvator abjicit, quos ex deſperatione lachrymari attendit. Juſtum eſt flere, ſed tamen inter fletus animum non abjicere: Flere convenit ſuper filios noſtros, ſuper peccata noſtra, ſuper Germaniam noſtram, ſuper tempora noſtra. Saxeus hîc lachrymas continet, ferreus oculorum flumina ſtare facit. Ah filii noſtri ſunt ſenſus noſtri; illi peccatorum ſcabie infecti, illi

prævari-

prævaricationum plenæ. Filii nostri anima & corpus: flere nos decet super illas: in maximo deliquio sunt, aceto violarum indigent: corpus deficit, anima languorem concipit. Auch Leib vnd Seel / mit etlichen tröpfflein / vom geistlichen Feileßig betriefft / sollen wider erquicket werden. Crimina nostra instar oneris nobis graviter incumbunt: peccatorum nobis Ætna, moles est, non parva quædam sarcina. Exspiramus sine aceti hujus violacei dono atque bono. Germania nostra, misera filia, non invenit qui solentur, qui current, qui relevent: Certè animam agere videtur: egressus est ab illa omnis decor, facti sunt principes ejus velut arietes, nō invenientes pascua, & abierunt absque fortitudine, ante faciem subsequentis. Thren. 1. Germania, Germania, plaga tua incurabilis, quis præter Archiatrum omnipoten-

potentem medebitur tibi! Ecce nunc, ah nunc, Ecce, Ecce, quid ecce! vix præ languore verba facere possum, ecce nũc dies veniunt, dies calamitatis, miseriæ, cladium, devastationum persecutionũ. Veniunt, in propinquo sunt, ante oculos sunt, antefores sunt, in metitullio atque umbilico Germaniæ sunt. Dies veniũt cum noctibus, & noctes cum diebus: sic vere beati, qui ad sepulchrum ante aliquod lustra delati: beatæ steriles, quæ nõ genuerunt, & non lactaverunt. Ah misella juniorum & liberorum turba: in hoc igni ferrum tuum est, tibi metitur, tibi seritur. Te te maximam partem clades illa tanget: seduceris, & in pernicem tuam raperis. Fortè Salvator in egressu vidit mulieres, infantes suos in ulnis gestantes, vel liberos à latere suorum curritantes: Unde dixit: o misella proles! melius tibi non fuisse, quàm sic

fuisse.

fuisse. Quoties nunc temporis matrē video, quæ ulnis infantē gestat, toties de futura, illius calamitate cogito, & dico: Deus tibi sit propitius. Gnad dir Gott/du armes Kindlin/was wirstu etwan noch leyden vnd erdülden müssen? Talis nunc Germaniæ nostræ status, ut plurimi exoptent, habere mansionem in collibus & montibus, imò in ipsis terræ repositoriis, sepulchris, & penetralibus, die Welt ist roh/tumb: vnd vnsicher/lebet in fleischlicher sicherheit vnd frechheit. Es wil Kopff vnd schwantz vngestafft seyn/Niemand glaubt/ daß die Art am schönen Bawm deß Teutschlandes lehne/welchen Gott mit so viel schönen Früchten bißher gezieret hat. Wer versichts sichs/daß eine so grosse vnd scharpffe Ruthen vber vnsern Leib (weib vnnd Kindelein) gebunden/wann wir vns nun vnter einander abgemergelt/

vnd

VIOLAR.

vnd Gelt vnd Leuth abgekohlet haben/ vnd kein Nachbar kan sich keins guts mehr zum andern versehen / vnd sie verheren vnd verzehren selber einander / so wird der Wolff/ oder sonst frembde Vögel kommen / aus frembden vnd vngeheuren nationen, vnd werden die vier Öchsen vollend zermeistern vnnd verschlingen / vnd vnsere niedliche bißlein/ wie die vnsättige Harpien beschmeissen vnd verstenckern. Matthes. p. 26. l. d. Certè nunc syncopes illas in Germania ipsas videmus. Acetum violaceum recipe: hôc miseram Germaniam erigie, & judicem venturum fortius expete. Nemo hîc Dei oculis subducere se poterit: non si terræ finibus, aut maris gurgitibus se occultaverit; non si pennis aliqua arte confectis, sublevatus in cœlum evolârit, non si ad profundissimas inferni par-

partes se contulerit; non si crassissima nube se contexerit, nõ si quid vis aliud ad fugam, animô agitârit. Solus quippe Deus ex omnib9 rebus nec fugâ vitari, nec bello sustineri potest. Nazian. Orat. 21. in apologet. fug. Acetum adhibes animulæ tuæ, afflictæ Germaniæ si dolorẽ temperas, peccatorum molem Christi bonitate & misericordia allevas, judicem venturum animosè expectas, & cogitas: si hæc fiunt in florido, fiet quid quæso in arido? Iesus bona & desiderabilis arbor, ubi tutum fugientibus refugium, gratum fessis refrigerium. Bernhard. homel. 2. super Missus est. Er ist der rechte Citrinatbawm/ der Winter vnd Sommer blühet/ vnd frucht bringet. Apocal. 22. die wider alle Schlangenstich/ vnd Drachengifft dienen. Matthes. l. d. p. 27. Is arbor honoretur, cujus nos umbra tuetur:

VIOLAR.

tuetur: Is arbor ita tractari voluit. 1. ut pro peccatis hominum satisfaceret. 2. fortunam suorum atq; statum exprimeret. 3. in hisce cruentis motibus fructus quam plurimos decuteret. Pomiferæ arbores violentius decussę fructu largiores præbent: Christus in passione graviter excarnificatus, nos divitavit splendidè: Da last vns zu lauffen/ vnd die schöne herrliche vnnd gesunde Frücht auffleſen/ vnd samlen: davon wir ewig satt/gesund vnd seelig werden/ mögen. Boëmus in spectaculo passion. concione 106. p. 57. Fasciculus in antecedentibus quintus & ultimus continet Latronem socium: Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur. Ne Christo confusio quædam & ignominia deesset, etiã illi comites à latere adjungunt: quos? non scribas, sacerdotes, sed maleficos, & latrones. Ita 1. etiam fascinorosis pœnitentibus gloriam addixit. 2. inter

duos

duos facinorosos incedens, omnium peccatorum precia persolvit. 3. & ita præsentiam in persecutionibus animosè promisit. Ut Salvator ductus inter medios latrones: ita pius in hoc seculo versatur inter multos crabrones: Syrupum inde, mea Anima, ex hoc quinto violarum fasciculo confice, ut ita refrigerium habeas inter morsus ignominiæ. Evangelici sectariis addicimur, facinorosis, & maleficis: cùm tamen religio nostra verbo DEI conformis sit, antiqua sit, salvifica sit. Feramus illam ignominam, & syrupum hauriamo. cogitantes: Ut Christus in medio ductus est latronũ: ita nos Evangelici in medio computamur sectariorum, maleficorũ, maledicorum: Sicut autem nihil nocuit Salvatori societas perversa: ita saluti nostræ nihil nocebit ignominia falsò imposita. Ut Salvator inter duos latrones edu-

educitur: ita hodieque Evangelicus in Christo moriens, veluti καθάρμα extra commune dormitorium sepelitur, cui tamen neque locus oberit, neque furor. Domini terra est, & plenitudo ejus. Psal. 24. Terra, sicuti neminem cœlo copulat: Ita neminem cœlo separat. Sanctissime Iesu, acetum, & syrupum, ex violis confectum, à te obnixè peto: acetum, quô cadant deliquia in crimine, cruce, persecutione, morbo; syrupũ, ne deficiam in ignominia, mihi irrogatur ob nominis Religionis, & fidei Christianæ magnalia. Porrige acetum, jam jam, labor? porrige Syrupum, jam jam confundor; sustine, casurum, jam jam morior, qui vivis in æternum AMEN.

Inter latrones ducitur
JEsus, qui purus dicitur
Ab omni labe & crimine,
Quia Rex illustris gloriæ.

Pecca-

Peccatum iis non cognoverat,
Malum nec unquàm fecerat,
Quis hunc notaret crimine,
Qui magno clarus nomine?
Sic Lutherani tundimur
Sectariisq; jungimur
Sine omni jure plectimur
Judæis & postponimur.
Et hoc non propter crimina,
Sed singulari invidia
Adesto nobis Domine,
Tuo & conserva numine. AMEN.

MEDITATIO XLV.

Continens aliquot violarum fasciculos, in monte Calvariæ.

1. *Petr.* 4. Nemo vestrum patiatur, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

VIOLAR.

Hieron. Ibi crucifixus est Dominus, ut ubi erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrum.

CALVARUM MONS ... A DEI. —

ANima devota, nunc in Calvariæ monte persistimus; ubi furcæ, rotæ, ossa, crania, sive calvariæ. Antecedentia crucifixionis vidimus: ipsam nunc crucifixionem contemplemur: Sive τὰ μέσα ἢ περιχθέντα, inter quæ 1. *Loci denotatio.* Quò ductus Salvator noster? *Ad locum Calvariæ*: dictus autem Calvaria, quod hominum illic occisorum craniis & ossibus albicavit. Fabricâ crucis. medit. X. pag. 220. Darumb/ daß viel Todtenschädel/ oder Hirnschalen da zerstrewet lagen. Matthes. l. d. conc. 7. pag. 27. Hebræis Golgatha, à Gylgoleth, id est, caput

put, vel cranium, Golgatha, Calvaria, ubi calvariæ mortuorum Becman. de originibus L. Linguæ. p. 829. Locus ille plenus erat capitibus mortuorum, qui ibi decollabantur, quia ibi malefactores puniebantur. Lyra, in c. 27. Matth. quòd crania ibi magno numero jacerent. D. Gerhar. l. d. p. 607. Golgatha nominat Novitius, χῶρον φατιζομένοιο κρανίου. Augustinus, serm. 71. de tempore existimat, ideo Calvariæ locum dictum, quod caput generis humani ibi sepultum: ibi erectus medicus, ubi jacebat ægrotus. Favorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra urbem, & forâs portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & Calvariæ, id est, decollatorum sumbsere nomen. Hieron. Vom Hebræischen wort Golgatha, kombt her das Teutsche Wort / Galgen. Galgal / ein Rad / oder was Circkel-

rund ist. Syrach. 20. 27. Ad montem Calvariæ ductus Salvator, non in vallem: ascendere debuit, non descendere. Tu, mea Anima, conscendentem Dominum quàm proximè sequere; & cum hoc usque ad mortem subsiste. Costerus, medit. 33. pag. 670. Pictores frequenter sub crucis ligno Calvariam pingunt; quia vel Adamum, vel Isacum ibidem sepultum, vel super lignorum strue alligatum putant. Locus Golgatha publicus, non procul à Hierosolyma, quæ terræ sanctæ umbilicus. Ibi crucifigi voluit Salvator, ut crux Christi non esset ara templi, sed mundi. Leo, serm. 11. de pass. Locus crucis talis, ut positus in medio terræ, & tanquàm in vertice, hujus universitatis, insistens ad capessendum DEI cognitionem, universis gentibus esset æqualis. Hilar. canon. 33. in Matth. In loco infami, publico,

ac

ac suppliciis destinato mori voluit Salvator, 1. in nostræ culpæ expiationem. 2. Martyrii roborationem. 3. facinorosorum consolationem. Plus mordet facinorosos moriendi genus, quàm mortis stimulus. Magis timent infamiam, quàm mortis sævitiam. Mori non timent, sed mori se carnificis manu, mori inter tot spectatores sibi intolerabile volunt: cùm tamen satius, infamiam pari coram mundo, quàm coram DEO: coram spectatoribus, quàm coram Angelis excubitoribus. Locus justitiæ non solum inhonestus, sed etiam sacrosanctus: quot ibi rotæ, tot ibi signa justitiæ. Quoties noxios crucifigimus, scribit Quintilianus. declamat. 275. eligantur viæ ubi plurimum intueri, plurimi commoveri hoc metu possint. Maxæmilianum 1. hujus nominis Cæsarem, ferunt, loca destinata ad supplicia spon-

tium, venerabundum, cum hac voce: Salve justitia, præterire solitum. Quædam Comitissa, Domina Agatha ex illustri Tubingensium comitum familia, quoties in transitu locum supplicii vidit, in hæc erupit: Gegrüsset seyestu du liebe Gerechtigkeit/ Gott laß mich in dir erfunden werden. vide Camerar. Tom. 1. medit. histor. c. 76. p. 348.

Fasciculus iste violarum 1. in monte Calvariæ, pro maleficis est, & facinorosis: Pius Ecclesiæ præco toties illorum naribus illum proponat, quoties illos de infamia agitatos sollicitat Damnatorum area: Mons Calvariæ campus esse Christi debuit, quem ad mortis machinam delegit: prædo, latro, sicarius, adulter, vel gladio feriendus, vel rota contundendus, vel laqueo suffocandus, infamem locum patientiâ & fide clarum reddat, ne

sic

sic cum corpore animam perdat.

2. *Salvatoris crucifixio*: non ducunt ad convivium, non ad forum, sed ad Calvariæ promontorium: non ducunt, ut reficiatur sub cruce; sed ut crucifigatur sine refectione. Crucifixionis modum sic depingit Nonius, in paraphrasi, p. 112. Erhardo Hedereccio interprete: ibi homicidæ, in hastam quadratam, sublimem supra terram erectum extenderunt, astringentes violentia, explicantes utrinque ferreo quodam vinculo manus: simul foratoque transfixum singulari clavo, duplex summum habens, uno trajectum impetu, pedibus complicatis inflexile vinculum exitii. Nos hic potius videamus, quare SALVATOR crucifixus, non quomodo: Prius enim animam reficit, posterius oculos. Crucifigi SALVATOR 1. voluit, ut Scriptura impleretur,

Psal. 22. Psal. 97. regnavit à ligno DEUS. Lignum in holocaustis nota Dominicæ passionis. Gen. 22. Levit. 1. Num. 21. 2. ut peccatum expiaretur: Quemdadmodum per lignum facti sumus debitores DEO: ita per lignum accepimus nostri debiti remissionem. Irenæus l. 5. p. 318. Adam

—— ut vetitâ decerpsit ab arbore mortem,
Sic vitam è ligno Christus & ipse dedit
Decerpti ut possent ligni mala damna rependi
Hic fructus ligno restituendus erat.

3. ut nos à Legis maledictione redimeret.

Scripta fuit dica magna mihi, crux aurea Christi
Sola satisfecit, sola satisfaciet.

4. ut nobis benediceret. Gen. 22. Galat. 3. ipsius humilitas nostra sublimi-

tas:

tas: illius crux, nostra victoria: illius patibulum noster triumfus. 5. ut aërē purificaret: aër purgabatur, cum in altitudine immolaretur ovis; terra purgabatur, quia stillabat sanguis Domini super eam. Augustin. serm. 13. de temp. HErr Jesu / du vergiessest dein heiliges Blut am Creutz / deine durchnagelte Händ vnd Füeß / werden zu eitel Blut brünnlein / vnd reinigen Lufft vnd Erden. O du Sonn der gerechtigeit / erzeigstu dich doch gar wie die Natürliche Sonne; wann sie roth auffgeht / bedeut sie ein Regen / wann sie aber auch also roth vntergehet / bringt sie hernach ein schönes Wetter. In deiner heiligen Geburt vnd Beschneidung / bistu roth vnd blutig auffgangen / In deiner Creutzigung geheest du blutroth vnter. Hiller. l. dict. medit. 50. 6. viam ad cœlum præpararet. 7. inferos destrueret. Cassiod. sup. Psal. 4. 8. Victoré significaret:

totum supplicium convertit Salvator in triumfum. Leo, serm. 18. de pass. Dom. c. 4. 9. Judæorum & gentium turbam in unum convocaret. Extendit in passione manus suas, orbemq; demensus est, ut jam ostenderet, ab ortu Solis usq; ad occasum, magnum populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum, sub alas suas esse venturum, signumq; illud maximum atq; sublime, frontibus suis susceptum Ex Lactantio. 10. Passionem suam ubiq; divulgaret. Hic scilicet Decalogus crucifixionis: primum præceptum implevit Dominus, quando timere DEUM Patrem voluit in omnibus. Secundum implevit, quando blasphemias in cruce pertulit. Tertium, quando Legem explendo, Sabbathum animæ nostræ procuravit. Quartum cum benedictionem nobis obtulit. Quintum, quando animam

nostram

noſtram à ſanguinibus redemit. Sextum, quando viam caſtitatis in impuritatibus. Septimum, quando Diabolorum furta demonſtravit. Octavum, quando falſos accuſatores confudit: Nonum, quando proximum cum proximo recõciliavit. Decimũ, quando juſtitiâ in univerſo orbe decãtavit.

Faſciculus iſte violarum ſecundus eſt pro Peccatoribus, & valdè timidis. Crucifigi voluit Salvator, non in propriam, ſed noſtram ſalutem. Schröcklicher Bildnüs iſt nie erfahren / da Gott ſeinen gerechten Zorn ſo grauſamlich flammen leſt. Matthes. l. d. p. 29. Unus eſt, qui nos redemit, unus eſt, qui nos Patri reconciliavit, unus eſt, qui noſtra peccata expiavit. Was zeihen ſich dann die Elende blinde Leuthe / die jhre gute vbrige Werck andern verkauffen / vnd geben drüber Brieff vnd Siegel von ſich?

Ach nein/Gott hat einen darzu geboren vnd erkohren/der hat allein opera supererogationis, die andern aber opera superarrogationis.

Domine JESU, Tua crux humilium tuitio invicta, dejectio superborum certa, Diabolorũ perditio, inferorum destructio, cœlestium confirmatio: mors infidelium, vita justorum, resurrectio mortuorum, dux cœcorum, via conversorum, loculus claudorum, consolatio pauperum, vitæ æternæ lignum. Cassiodor. in Psal. 4. Serva me sub cruce, serva me in cruce, ut te videam aliquando in æterna luce. AMEN.

1. *Quare Crucem, Christum gere,*
& inspice corde fideli,
Quò languore pio semper amare queas.

2. *Aspice qui transis, quia tu mihi causa doloris,*

Pecca-

Peccatum ſperne, pro quo mea vulnera cerne.

Ne metuas, Satanas cùm ſit cruce præcipitatus.

3. Inter Calvariæ pendere cadavera, Chriſtum,

Latrones; inter, plangito, quisquis ades.

MEDITATIO XLVI.

Continens aliquot faſciculos violarum in Monte Calvariæ.

Galat. 6. Mihi crucifixus eſt mundus, & ego mundo.

Auguſt. med. 23. Inter brachia Salvatoris & vivere volo, & mori deſidero.

CRUCIFIXA MIHI CARO, MUNDUS.

ANima devota, Tertius violarum in monte Calvariæ faſciculus eſt faci-

cinoroſorum duorum in cruce exaltatio. Latrones unà crucifixerunt: quos? nomina non ponuntur: Satis eſt, κακοῦργος fuiſſe. An denen nicht viel gebratens. Boëmus. conc. 113. p. 123. Gerſon. de paſſione, par. 2. dicit ex Nicodemi Evangelio, nominari latrones, Diſmas & Geſmas. vide Fabricam meam crucis. medit. 11. p. 254. Ibi locum habet illud: propter iſtum rhytmum debes confundere verum. Es waren Strauchhane vnd Mordbuben. De Diſma vide Petrum de Natalibus, in Catal. ſanctorum. l. 3. c. 228. Duo erant, quia duo populi, qui Chriſto per baptiſmum crucifigendi. Ambroſ. ſuper c. 25. Inter illos Salvator medio erat, ut haberetur non pro vulgari latrone, ſed pro inſigni malefactore. D. Gerh. l. d. p. 650. Pro Rege non tantum Judæorum, ſed etiam facinoroſorum. Computari voluit inter facinoroſos, ut nos computari poſſemus

inter

inter sanctos. Congruè inter latrones pendet medius, qui est coram Deo mediator hominum constitutus: Pendet in medio latronum justitia, pendet in medio peccatorum vita. Ad hoc crucifixi sunt cum Christo latrones, ut videretur particeps & Magister malefactis eorum. Lyra. in. c. 23. Matt. Inter latrones medius pendere voluit Salvator. 1. in mediationis indicium: mediator est, medius est, Apocal. 1. Johan. 20. Matth. 18. In medio locari etiam apud Ægyptios honor est maximus. Alexand. l. 2. Genial. dierum. cap. 19. Etiam Herodem legimus inter Cæsarem August. & Antonium medium ad capitoliũ ascendisse: dignum ut medio incederet, non Imperatorum sed sicariorum, & maleficorum. Joseph. l. 14. Antiquit. c. 26. Herodes in medio incedit Imperatorum, cum insigni gloria, Christus in medio latronum, cum detestabili ingnominia. Mediator Salvator.

1. inter cœlum & terram. 2. inter latrones, non Apostolos, ut tolleretur opinio proprii meriti. 2. denotaretur consuetudo mundi; qui Dei filios latrones æstimat, non præcones. 3. indicaret magnitudinem officii: venit salvare pœnitentes & infirmos, non fortes & validos. Matth. 9. 3. inter pœnitentem, & impœnitentem. Latrones duo populi, quia postea Christo conjuncti, Judaici & gentiles. Cyrill. l. 12. in Johan. c. 28. Duo latrones lævæ & dextræ affixi, omnem humani generis universitatem vocari ad sacramentum passionis Dominicæ, ostendunt. (verba Hilarii, Canon. 33. in Matth.) sed quia per diversitatem fidelium atque infidelium fit omnium secundum dextram siniſtramque divisio, unus ex duobus ad textram situs, fidei justificatione salvatur. *Inter latrones medius pendere voluit Salvator* 2. in futuri

futuri judicii modum & processum: Sic in ipsa patibuli specie Christus monstravit qualis in futuro judicio facienda discretio; cùm & Salvandorum figuram fides credentis latronis exprimat, & damnatorum formam blasphemantis impietas provocet. Leo. serm. 4. de Passi. ô admirabilis potentia crucis! (idem Leo. serm. 83.) & in effabilis gloria passionis, in qua & tribunal Domini, & judicium mundi, & potestas est crucifixi: In hoc observata extrema judicis forma: cum Salvati ad dexteram, damnati ad sinistram sunt. Gerson. de passione. p. 2. Inter latrones medius pendere voluit Salvator, 3. in cottidianæ crucifixionis methodum, & exemplum. Jesus est Spiritus, Latrones caro & mundus: Crucifigatur cum spiritu caro per continentiam, mundus per paupertatem voluntariam. Hussus in histor. passio.

passi. Tom. 1. p. 29. Sed hæc allegoria inconcinna : ideoq; annotasse tantùm sufficit: non enim spiritus, sed caro crucifigi jubetur. D. Gerh. p. 652. Est iste tertius violarum fasciculo, *pro pœnitentibus & contritis*: Nemo desperet de gratia Dei, sed desperet de adjutorio seculi. Tantæ pietatis est Dominus Jesus, ut & Judæ donaret veniam, si ipsius exspectasset misericordiam. Ambros.

In Domino cujus stabilis fiducia, nunquàm
Fallitur, eventus spes habet illa bonos.

Inter latrones duos Salvator pendere voluit medius, ne in delictis suis desperaret peccator maximus.

4. Violarum fasciculus in calvariæ monte. Salvatoris deprecatio : Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Carmina jam moriens, canit exequialia Cycnus. Vide Cycnum meum Evangelicũ in Postilla symbolica,

super

super Domin. Quinquag. & Heptalo. Christ. part. 1. Ubi habentur circumstantiæ: quis? Salvator deprecatur: ille deprecatur, cui inimicus imprecatur. Quando? cum penderet in cruce, non cum sermonem habuit cum muliere. Quem? Patrem. Filius omnem gloriã in omnibus referebat ad Patrem. Nazianz. orat. 7. de composita differendi ratione. Quid? Ignosce illis: Illis petit veniã, à quibus accepit injuriam. August. tract. 31. in Joh. Aliam linguam Christus habebat in cruce pendens, aliam inimicus, in monte Calvariæ persistens: Judæus clamat, crucifige, Christus clamat, ignosce: Orat pro crucifixoribus, ubi charitatis affluentia, ubi mirabilis patientiã: pro inimicis facit orationem, & non expetit ultionem. Ex August. Quare? nescium quid faciunt. Salvator nõ tantum pro inimicis oravit, sed etiã quantũ potuit, excusavit, eorumq; crimen allevavit,

& cau-

& causam exaudibilitatis, sivè orationis, apposuit, dicens: quia nesciunt, quid faciunt. Dyonisius, Ignoratio istis fuit malitiosa, non affectata: ideò dum ignorantiam inducit, peccata ipsorum à peccato in spiritum sanctum, quod est irremissibile, diligenter distinguit.

Fasciculus iste, *pro remittentibus, & reconciliationis fraternæ amicis*: pro proximo oremus, ut Christo illorum misereatur. Justin. in Dialog. cum Tryph. Jud. f. 253. Odiis inimicorum benevolentiam reddamus, & prosuppliciis & tormentis, quæ nobis inferuntur, salutis iter demonstremus. Cyprian. tract. 1. cont. Demetriad. circa finem. Mea Anima, desperare noli. Non debent desperare, pro quibus in cruce pendens Dominus, dignatus est orare. August. tract. 31. in Johann. Mea Anima, iram servare noli: Si non vis imitari

tari Dominum, saltem imitare Stephanum ipsius famulum. Chrysost. l. 45. homel. 32. Augustinus sermon. 130. de Temp. Imitatores Domini esse debemo, & pro inimicis orare, exemplo ipsius qui cum esset crucifixus, pro crucifigentibus se, patrem postulabat, ut dimitteret illis peccatum. Augustl. d. *Quintus Violarum fasciculo est, Variæ variorum actio:* Agit aliquid Chorus. 1. militū. 2. populorum. 3. principū 4. latronum. 5. agit aliquid Salvator, antequam ingrueret horror caliginum. Milites. 1. per sortem vestimenta dividunt. In vestibus vitanda 1. levitas. 2. novitas, da man allo modo herein zeucht. 3. preciositas. Splendidæ vestis luculentiores sunt sordes. Nazianz. Orat. 30. 4. fastuositas: si quando vestium luxus surgit, non obscurum omen est vel affligendi, vel mutandi imperii. *Τὰ ἐνδεχόμενα τῶν ἀρχόν-*

ἀρχόντων ἀκολούθυσει ὀρέξεσι. Niceph. Grego. l. 2. p. m. 20. Salvator in vestibus non luxuriabat, sed hisce corpus suum obtegebat. Sed illæ auferuntur, quæ tamen ex jure damnatis auferri non debebant. l. div. 6. ff. de bon. damnat. Milites τὰ ἱμάτια dividunt: ἱμάτιων alias generale nomen est, quasvis vestes designans. D. Gerh. p. 685. & aliâs pallium exterius notat. Fabula est, illud pallium sive tunicam illam, in pueritia Christo indutam, progressu ætatis simul crevisse. Si credis non officit, si non, nihil proficit. Illud pallium, quia inconsutile, ἄῤῥαφον, dividi non potuit, sed in sortem venire debuit. Sortium meminerunt historiæ sacræ & Ethnicæ. Levit. 26. Actor. 1. Romæ Prætor ex decuriis, præsides judiciorum publicorum sorte adsciscebat. Apud Homerum principes sortiuntur sortibus. Peuce. de divinitat. p.

226.

226. quarũ aliæ politicæ, divinæ, divinatoriæ. Veneti hodiè glabulos inauratos & argenteos usurpant. Das heissen sie Ballatnern. vide Würtenbergisch Reißbuch. p. 78. Divinatoriæ prohibitæ: Vox enim Dei est: Non invenietur in te Menaches i. e. sortilego, est enim βδέλυγμα Domino Deo tuo. Commenda Domino viam tuam, & ora eum, & ipse faciet. Christo in tormentis crucis orante, matre doloris gladium patiẽte, amicis eminus flentibus, milites ludunt, aleas & sortes tractant. Oquàm Evangelicorũ multi inter hasce persecutionum scyllas, ociantur, pergræcantur, in diẽ vivunt, nec Josephi contritionem attendunt. Milites hîc ludunt, non ut ex Christi vestibus aliquod præpararent veneficium; sed ut Salvatori augerent cordolium. Milites ludunt, imò militũ lixæ, calones, gerings hubelmãsgesindlin/dz dem

Chri-

Christo grossen torto angethan, ludunt super tunica inconsutili; quæ signat 1. Corporis incorruptionem. 2. Ecclesiæ conditionem. 3. Unitatis observationem. Vestis Christi sorte potius divisa, quàm scissa, mansuram in corruptionem corporis indicabat. Hilar. can. 33. in Matth. Ecclesia tunica inconsutilis; quę nec ab inimicis scindi potest. Hieron. in c. 4. Epistol. ad Ephes. Quæ est Christi tunica, nisi charitas, quam nemo potest dividere? in ipsâ sors mittitur, nemo dividit. August. exposit. 2. in Psal. 2. Nudari ac spoliari debuit Christus, nostram ut nuditatem tegeret, nosque salutis veste indueret. Augustin. serm. 181. Bernhard. serm. 1. de Annunc. Ambrosi. sup. Luc. c. 10. Deß HErrn Christi Leib hat nicht müssen verhüllet seyn/ auff daß jederman das blutig Opffer/ dieses blossen Blut Würmbleins / und

sein

sein Schmertzen vnd Elendt hat sehen können. Arndt. 17. conc. pass p. 337. Kein Mensch ist so arm/ wenn er sterben wil / dessen Leib man nicht zudeckt. Sed hic Salvator nudus pendet, ut omnem mundi gloriam exuere moriturus non horreret. Da Krieg/ Verheerung/ Verfolgung ist/ theilen sich die Landtsknechte in der Christen Güter vnd Kleider / Sie müssen bloß davon.

HErr JEsu/ hilff/ daß ich mich recht kleide vnd zier / daß ich recht lebe für vnd für/ vnd nicht dein Huld vnd Gunst verlier. JESU, da rectè ut vestiam me, da tibi semper vivam, tuam nec aufer gratiam. AMEN.

CRUCIFIXUS loquitur.

En ut ad amplexus cupidos tibi brachia tendo,
En ut amata petens oscula flecto caput.

En ut suscipiam venientem, & ad ima ruentem
Viscere, quàm latum pectore vultus hiat:
Tantùm nate redi, qui me mihi charior ipso es
Unum (ne grave sit) crux mea poscit, ama.

MEDITATIO XLVII.

Contineus continuationem priorum in monte Calvariæ.

Jerem. Thren. 1. Dedit me Dominus in manum, de qua non possum surgere.

August. Inspice vulnera pendentis, sanguinem moriẽtis, precium redimentis, cicatrices resurgentis.

MAGNA EST TUA PASSIO CHRISTE.

Anima

Anima devota, Milites non tantùm super Christi tunicam sortem mittunt, sed etiam accedunt, acetum porrigunt, & illudunt: imò ex præsidis Pilati jussu titulum sive Epigraphen cruci superimponunt. Accedunt, non ut quærant conversionem, sed ut illi augeant tribulationem. Non mirum, hodieq; milites nostros interdum sacra accedere; non ut exinde solatium capiant, sed ut majorem subsannandi ansam sumant. *Acetum porrigunt*: Hæc aceti porrectio diversa ab ea, de qua Matthæus & Marcus. Noverant Stratiotæ, in crucifixis sitim in horas augeri: potum igitur offerunt, non aquam, quâ se SALVATOR reficiat, sed acetum, quò majorem dolorem capiat. Hoc aceto succus lethalis pomi abstergitur. Hieronym. Parva toleramus, si recordemur, quid biberit ad patibu-

lum, qui nos invitat ad cœlum. Cassiodor. super Psalm. Acetum hîc habes, *Mea Anima*; sed illud confectum ex opprobriis militum, non ex manipulis violarum. Posterius tibi pharmacum esto: Acetum mundus habet, quô te vulnerat: acetum, Calvariæviola Christus habet, quô spem tuam roborat. Perverse & averse munde, quid mihi cum tuo aceto miserię, cùm Salvator mihi præbeat Syrupum gratiæ atque misericordiæ.

Domine JESU, ecce tibi guttas lachrymarum non acetum angustiarum. Accedebant milites Christum pendentem propius inspecturi, acetum porrigebant, tanquàm pincernæ, Regi poculum præbituri. O trewer HErr Jesu / Ich wil mit dir das saure Welt-Essig: vnd Creutztrünckleingern einnehmen; gib mir nur drauff / das Ehren vnd Wilkomb Trünckleín / im

Ewigen

Ewigen Leben / Auff der schönen Prophetischen Berggastung. Esa. 25. Etiam hæc commentanti nunc acetum est: acetum temporis, acetum invaletudinis; In meinem Hauß hab ich auch stehen ein grossen Essigkrug / der ist eingefüllt usque ad summum. Johan. 2. Domine, Domine, tu acetum meum angustiæ, converte citius in vinum sempiternæ gloriæ.

Milites illudunt: bringen Essig / vnd sagen / Er sol sauffen: Sauff oder stirb: *Si tu es Rex Judæorum salva te.* Milites Ethnici erant: non itaque dicunt: Si tu es filius DEI, sed si tu es Rex Judæorum. Omnibus hominibus insita est illa opinio, quod qui prosperâ utuntur fortunâ (verba D. Gerhardi. I. d. p. 714.) DEUM habeant propitium; qui vero adversâ, adversum. Kein Bein hat wol die Zunge klein / zerbricht aber wol starcke Bein. Matthes. Salvare se

Christus potuisset, si voluisset: Rex erat, sed jam in statu exinanitionis erat: Tàm verè rex erat, quàm verè miles calumniator, illusor, & Diaboli filius erat. Qui alios salvos fecit, utiq; si voluisset, seipsum salvare potuisset. Leo, serm. 17. de pass. Nunquid ei magnum fuit, de cruce descendere, qui potuit de sepulchro resurgere? Augustinus, tractat. 37. in Johann. Mater Domini plorat; filiæ Jerusalem lugẽt, amici mœrent, inimici jubent: sed noluit Salvator de cruce descendere, quam tui amore voluit conscendere. Amorem erga sponsum tuum nonexue: etiamsi mundus obstrepat, caro contradicat, & affectus tuorum in diversum abire jubeat. Moriendum erat Christo propter morituros, ad resurgendũ, propter sempervicturos. Hoc illi, qui volebant ipsum descendere de cruce, non intellexerant. August. in enarr.

narr. Psal. 63. Ecce nunc Salvator spiritualiter crucifixus: Ecce nunc persecutiones extant gravissimæ. Multi volunt, ut descendat, ut brachium inimicis ostendat; sed differt auxilium numinis, donec veniat opportunitas temporis. Patientiam docebat Salvator, ideò potentiam differebat. Augustinus, tract. 37. in Johann. Milites ex Pilati jussu titulum cruci super-imponunt. Pilatus aliquâ veritatis aurâ afflatus est, quando scribsit in passione titulum. Augustin. serm. 31. de Tempore. Insusam menti à DEO, accepit tabulam, & titulum, & scribsit tribus linguis J. N. R. J. & in capite ligni, clavis tabulam cum nomine Regis Judæorum confixit. Cyprian. in Tract. de Sion. &c.

Titulus quatuor vocularum est: sed medicina omnium animarum est. 1. vox est *JESUS*. Visiones & somnia

non recipio, figuras & ænigmata volo, ipsas quoque Angelicas species fastidio: quippe eas longè superat JESUS meus, specie suâ, pulchritudine sua. Bernhard. serm. 2. sup. Cant.

2. *Nazarenus*: Nazarithanus à patria. Hic memoriâ lapsus est Pilatus: In Bethlehem natus, in Nazareth educatus. Vid. de Nazareth Bünting. in Itinerario S. Scribturæ. part. 2. Nezer, per zade, idem ac surculus: vel per zain, idem ac corona, vel à Nezar, quod idem ac separatus, sanctificatus, Chytræus, in Onomastic. Theolog. Quæ singula in Salvatore concurrunt.

3. *Rex*: qui per cruorem imperium suum non perdidit; sed confirmavit. Glossa, in c. 27. Matth. Rex ille regnum seculorum habet, non seculi: Hoc regnum per omnia secula se extendit. Basil. in Psal. 144.

4. *Judæorum*: Er heist nicht Kö-

nig

nig ohne Land / Judæorum; qui Judæi non secundum sanguinem, sed secundùm fidem: Quia Carnales Judæi, noluerunt Christum super se regnare. Rex sit spiritualium Judæorum, hoc est, confitentium. Judæus enim confitens dicitur. Theophylact. in c. 27. Matth. Et sic licet in cruce JESUS erat, tamen super crucem ejus majestas radiabat. Ambros. l. 10. in Luc. c. 3. Quandocunque oppugnamur à Dæmone, opponamus illi titulum J. N. R. J. in cruce. Ludov. de Saxon. in vit. Christ. part. 2. c. 63. Quid titulus iste tribus linguis inscriptus? monet 1. de linguarum diversitate. 2. de linguarum antiquitate. Hebraica lingua mater omnium linguarum. Hieron. in Sophon. c. 3. Græca leguntur in omnibus gentibus. Cicero pro Archia. Latina duobus rectè associatur, quamvis inops dicatur. Cic. in

Tuscul. qq. & lib. 3. de fin. Perperàm non nemo ex Pontificiis, Latinam linguam, sive versionem, in Bibliis Salvatorem in medio pendentem facit; Hebræam & Græcam Latrones. Sed si Latina versio Christus est, unde in illa tot errores atque sphalmata? 3. de Linguarum dignitate: Linguæ sunt DEI donum, quæ usurpandæ in proximi commodum. Hic etiam populus aliquid agit. Stat, & exspectat, neque vestimentorum divisionem, neq; sortem prohibet: Spectat & exspectat: alii calumniantur, alii contemplantur. Populus hodieq; bonorum Ecclesiasticorum abalienationem observat; sed illam ad verum veriorem verissimum usum non postulat. Der gemein Mann last mit dem Evangelio vnd Kirchenämptern kauffschlagen vnd handtieren/ wie die Höckler vnd Pfragner. Matthes. l. d. p. 35. Derident principes, non

non tantum Ecclesiastici, Pontifices, Scribæ, Pharisæi, sed etiam seculares & politici; Seniores populi dicentes: *alios salvos fecit, se salvum faciat, si hic est Christus DEI electus.* Sic detrahere conantur signis. Chrysostomus. Quia seipsum salvare non potest, ideò nec alios servavit, sed fallacibus præstigiis eosdem illusit. D. Gerh. l. d. p. 710. Cæterum ô vos Principes, quicunq; estis, Cognosci voluit Salvator, creaturam liberando, non seipsum salvando. Sicut Medicus non ex eo, quod sibi ipsi medetur, medicus cognoscitur, nisi erga languidos artem suam probet. Ex Athanasio. Salvator seipsum non salvat, ut morte sua alios salvos faciat, ideò de ligno non descendit, ut regnet à ligno Rex Israël: Ideò non liberat filium suum DEUS, quia sperat, ab eo non de cruce deponi, sed super omnem creaturam per crucem efferri, seque in gloriam secum

collocari. Coſt. medit. 37. p. 702. Etiam Latro Salvatori præter meritum inſultat: *Unus à ſiniſtris blaſphemat*, unus è pendentibus ſubſannat. Non ſatis fuit illuſiſſe principes, milites; ſi non & calculum ſuum adjeciſſent latrones. Sed quid unus? *Si tu es Chriſtus, ſalvum fac teipſum & nos:* Iſte latro 1. fide caruit: dubitavit de Chriſti divinitate, unde tandem excidit æternâ ſalute. Ach Gott/wie ein roh ſtück fleiſch muß das geweſen ſeyn? Er begeret jhm nicht in Himmel. Boem. l. d. conc. 122. p. 227. Weil er mit andern Hunden den HErrn Chriſtum anpelfert vnd läſtert/gehet er ewiglich dahin. Fide caruit, qui ut crederet, miraculum voluit. 2. Temporalem vitam & ſalutem, more peccatorum omnium, quibus de futura æternitate nihil curæ eſt, deſideravit. 3. Hæc fortè in gratiam aſtantium Judæorum dixit; ſed uti

uti nihil profecit, placuisse Judæo; ita nihil gratificari mundo. 4. Semel convitium dixit; Semel inquam, tu blasphemetoties, toties! Linguam dedit Creator, 1. ad conceptum cordis notificandum. 2. proximum informandum. 3. ad eundem, ubi ubi opus, consolandum. 4. ad seipsum accusandum. 5. principaliter ad DEUM glorificandum. Brun. part. 5. conc. pas. p. 458. conc. 4. Alter non obmutescit, sed respondet; increpat: factus erat iste latro alter socius in criminibus & peccatis, sed non in blasphemiis: socius in supplicio, sed non in opprobrio. Respondendi partes suscepit, & Christi pendentis innocentiam ostendit: *Neq; tu times Deum, qui in eadem damnatione es?* Illi qui blasphemant, sunt sub cruce, sed tu pendes in cruce: illi subsannant in libera statione, tu in eadem illudis condemnatione: nō sic

debebas, sed misereri debebas. Crucifixorũ sors digna nõ insectatione; sed commiseratione, Si homines non vis vereri, incipe Deum tuum revereri: Sine milites convitia ingerere, & tu perge Deum timere. Tu in mortis limine hæres, animam in labris sessitantem habes, ad tribunal jam jam adducendus, & Dei judicio præsentandus. *Et nos quidem justè*: nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. Er strafft sein Raubgesellen/ & illum alios rectè suo exemplo refrenari innuit. Plutarch. de sera anim. vindict. Magna fides hujus latronis; qui nec propter acerbitatem pœnæ, quam sustinebat, nec propter infirmitatem carnis, quam in Christo videbat confessionem veræ fidei omisit. Lyra. in c. 23. Luc. Quod sanè maximum est miraculum; non cæpit Diabolos ejicere,

cere, sed adversam Latronis mentem commutare, ut ex omni parte ejus divinitas sentiatur. Chrys. l. 45. homel. 32. Initium salutis, notitia criminis. Nam qui peccare se nescit, corrigi nō vult: reprehendas te oportet, antequàm te emendes. Senec. Epist. 18. circà finem. Wie alle Welt schweigt/ da erwecket Gott einen Mörder/ der muß offentlichen/ am Creutz/ Christo zeugnüß seiner vnschuld geben. Boëm. l. d. p. 247. Hic verò nihil mali gessit, nihil commisit, quod vel dignum cruce, reprehensione: nihil mali gessit, qui ad bonum promovendum venit. Belluinum modò, nō humanum, insultare innocenti, non compati morienti. Latro quod fassus est voce, etiam retinuit mente. Nihil prodest verbis proferre fidem, & factis destruere veritatem: Nec placet Deo Augustin. de

de Sanct. serm. 383.) si quis Christianum verbis tantummodò se esse pronunciet, & opera, quæ jussit Christus implere, dissimulet. Et dicebat ad JESUM, Domine, memento mei, cum veneris in Regnum Patris tui. Ich bin ein armer vnd grosser Sünder / vnd sol jetzunder am Creutz sterben / wie ich solches mit Morden Rauben wol verdienet habe. Aber dich erkenne ich vor vnschuldig / dann man kan dir kein vrsach deß Todts setzen / vnd sehe daß du geduldig leidest / vnd bittest darzu für deine Feind / vnd sorgest vor die deinige: Vnd ich glaubs vnd bekenn / daß du ein Herr vnd König bist / vnd hast in einer andern Welt ein Ewig Reich / darinn man Ewig lebet / vnd du für Arme Sünder / Als der Heyland / vnd Mittler der Welt / bitten wirst bey deinem Vater / wie ich gethan hab / daß du die Vbertretter bey deinem Vatter verbetten hast. Darumb

rumb du lieber HERR vnnd Ewiger Priester/vnd wahrer Messias, vnd König der Jüden / gedenck mein auch/ nimb mich in deine memoria, lege ein Bitt für mich ein / zur rechten des Vatters/daß er mir mein grosse Sünd/vmb deines Opffers / vnd vnschuldigen leydens willen/auß gnaden vergeben wölle. Matthes. l. d. p. 38. *Domine*: vocula majestatis: agnoscit Dominum você, quem ligatum videt in cruce. *Mi*, pronomen fidei. *Memento mei*, verba planè pathetica: *memento*, nec in finem obliviscere, memento, nec in fine obliviscere, memento, nec tuæ misericordiæ obliviscere: memento mei, qui malum corã te feci, qui tot homicidia perpetravi, tot vicibus mortem in curri: memento, non ut pœnæ habeam mitigationem; sed memento, ut adipiscar peccatorum meorum remissionem. *Memento mei*, cum veneris

in

in regnum tuum. O magna nomina: mei? Tuum Bone Jesu, tuum fac meum, sicut meum fecisti tuum: Carnem assumpsisti meam, redde mihi gloriã tuam: tu meum suscepisti amictum, meméto mei, cum veneris in regnum. Latro, est, qui orat; crucifixus est, quĕ orat; regnum, propter quod orat. O magna πληροφορία, quæ illi tribuit regnum, cujus regia erat patibulum? Salvator in Cananæa fidem commendat, quam in centurione etiam prædicat; sed hîc latronis fidei nullam præbet præconium, ne homines alliceret ad seræ pœnitentiæ exercitium. Dic, ô latro, ubi thronus ex Sapphyro? ubi Cherubim: ubi exercitus cœli? ubi corona, sceptrum, & purpura? ut cum dicas Regem? videsne coronam aliam, quàm spineam sceptrum aliud, quàm clavos? aliam, purpuram, quàm sanguinem! alium thronum, quàm crucem?

crucem? alios miniſtros, quàm carnifices? Quid ergo regnum vides? Ex Auguſtino. Mirus latro, mirè prædari novit: invadit Regem, ſpoliat regias, divinasque opes, ſibi comparat; quibus ſic eſt locupletatus, ut inter cœleſtes principes ſit collocatus. Bernh. ſerm. 2. Epiphan. Interim latro, non vigore martyrii, ſed virtute paſſionis Chriſti, ſalvatus. Colloq. Ratisb. ſeſſ. 1. p. 46. Nec hîc Salvator feriatur: ſed dicit: Amen, dico tibi, hodiè mecum eris in paradiſo. Quia latro honorificat patientem, patiens honorificat Latronem; cujus fides magna, & ratione notitiæ, & ratione fiduciæ: non minus fuit miraculum, latronem converti, quàm petras collidi. Chriſoſt. homel. 84. in Johan. Latronis iſta converſio, eſt dexteræ excelſi mutatio: Quis illum docebat, niſi qui juxta illum pendebat? erat enim fixus in latere, ſed cum habebat fixum in

in corde. August. serm. 122. de Temp. *Amen*, usitata asseverandi formula. D. Gerhard. p. 735. quâ quinquagies Salvator usus in suis concionibus; ad majorem verborum suorum confirmationem, voluit antè jurare, quàm promittere. Cyprianus. Propter majestatem doni, addita fuit confirmatio juramenti; non propter promissionis in certitudinem, sed propter auditorum incredulitatem addita fuit ista asseveratio. D. Gerhard. l. d. Qui surdus & mutus hactenus fuerat, ad plasphemantium convitia, is postulationi pœnitentis latronis respondet, sine omni mora. Unde illicò: *Dico tibi*, non mihi, non aliis, *Tibi*, *Tibi*, dico, cum illis, eandem fidem tecum habentibus. *Hodie*: quod nō separandum à membro sequente, *Amen dico tibi hodiè*: sed hodiè mecum eris; Per unicū illud *Hodiè*, penitus subsidit incendiū flam-

flammæ purgatoriæ, ac piacularis pontificia: Quid itaque Schioppius quærit: Quis confirmare ausit, latronem non venisse in purgatorium? sed rectè in Paradisum. in Apolog. p. 47. Si fuit statim latro cum Christo, sanè non fuit in purgatorio. Heut/ als bald du dein Geist auffgeben wirst/ (verba Mattheſii. l. d. p. 40.) solt du mit mir im Paradeis seyn; das ist / Heut sollen dir deine Sünde vergeben seyn. Du solt in Krafft meines Leydens vnd Worts/ ein Kind Gottes/ vnd Erb des Ewigen Lebens seyn/ vnd solst in meinem Reich ewiglich mit mir leben vnd regieren in aller Frewd vnd Wonne. *Mecùm eris:* non solum ero tui memor, sed etiam mecum eris; statim à morte tua mecum eris. Ubi? *in Paradiso.* Ecce hîc uberior gratia, quàm precatio: tardius votum precantis est, quàm præmium remunerantis. *Hodiè*

mecum

VIOLARIUM

mecum eris in Paradiso; nō quod solùm illo die gaudiis paradisi perfruiturus sit, ab iisdem die crastino excludendus; sed quod semel illûc receptus, nunquàm ex eo iterùm sit ejiciendus.

In Paradiso: Alle bußfertige vnd glaubige Seelen/ sollen durch den gehorsam des Newen vnd Himlischen Adams/ wider einkommen / vnd Burger vnd frey sässen seyn/im Ewigen Land Canaan. Matthes. l. d. passionis Dominicæ fructificatio, regni cœlestis apertio. Scala paradisi fracta in Adamo, reparata est in Christo. Bonav. in Itiner. ment. ad Deum. Parcit Deus latroni, propter Christum ut ostendat fructum pœnitentiæ, fontem misericordiæ, celeritatem indulgentiæ. Bernh. de passi. Domin. cap. 9.

Domine JEsu, qui latroni à dextra contulisti pœnitentiam, da mihi quoque peccatori, omnium delictorum indulgentiam, Amen.

Mors

Mors tua, Christe, mihi vita est, victoria regnum.
Labe mea morior, sanguine, vive tuo. Johan Stig.

O HErr JEsu Christe / schreib dis Wort in mein Hertz / daß ichs nimmermehr vergesse. Transfer nos in paradisum, locum divinæ amœnitatis, recipiendis sanctorum spiritibus destinatum. Tertul. in Apolog. c. 46. Domine Jesu, crucifixus es, clavis retineris, & paradisum tàm facile polliceris. Ex Chrisostom. Quis desperet, si latro in cruce salvatus? August. tract. 38. in Johan. Sic spes totius populi, absolutio unius desperati. August. serm. 120. de Tempore nullam animæ vulnus incurabile. In corpore quidem multa sunt talia, in anima verò nullum. Nonne vides latronem? quàm brevi tempore curatus est? Chrisost. hom. 40. ad populum. Quid est peccatum

ad

ad Dei misericordiam? tela araneæ, quæ flante vento nusquàm apparet. Idem. Hom. 2. in Psal. 50. Latro cum Christo crucifixus clamavit de cruce: *Memento mei*: nec aliquid quidquam describitur boni operis ejus in Evangeliis Sed pro hac SOLA FIDE, ait ei JESUS: *Hodie mecum eris in Paradiso*. Orig. in epist. ad Roman. c. 3. l. 3. nemo sciat sibi illam viam claudi, quæ fidei latronis debuit aperiri. Leo. serm. 13. de passione. Interim nullus ad hujus exemplum differat pœnitentiam, quia privilegia peccatorum non faciunt communem legem. Lud. Saxo. de vita Christi. p. 2. c. 63. Si benè memini, in toto canone Scripturarum, unum Latronem, sic invenies salvatum. Bernhard. in serm. parv. serm. 38.

Domine JESU, colloca me citius in Paradisum, ut desinat in me peccatum, AMEN.

Parva

Parva mora est, & eris cum Christo, dixit & ipse
Mecum dixit eris, dixit, eris hodiè.
—— ab hoc
—— Veniam pete, qui veniam tortoribus ipsis
Optat, latroni qui dedit astra libens.
Pectus ad amplexus, en, præbet ad oscula frontem.
Cor aperit, lachrymis te vocat atq; vocat.

MEDITATIO XLVIII.

Continens reliquos violarum fasciculos, in monte Calvariæ, cum felicissima πράξει.

Jerem. 6. Unigeniti luctum fac tibi.

Bernhard. sermon. in feria 4. hebdomad. pœnosa. Magna quidem infirmitas mori, sed planè sic mori, virtus immensa.

SOL SOLEM LUGET.

SExtus Violarum fasciculus in monte Calvariæ, Anima devota, *est minculorum decantatio.* Erat à hora (ὡσεὶ) ferè sexta, hoc est, præter lapsum erat aliquid temporis post horam sextam, h. e. à meridie cœperunt fieri tenebræ, eo scilicet tempore, quô Sol maximè cœpit lucere ac fervere. *Et obscuratus est Sol.*

—— *caput obscura nitidum ferrugine texit.* Virg. 1. Æn. non quod in se lucidus esse desierit, sed quia lucem suam terris invidit. Gerhard. l. d. c. 16. p. 763. Vide Fabricam meam crucis, medit. 11. p. 269. Hâc Solis Ecclipsi Lucianus Martyr, doctrinam suam defendit.

dit. Euseb. l. 9. hist. Eccles. c. 6. dicens: Solem vobis ipsum, horum produco testem, qui cum hæc fieri per impios videret in terris, lumen suum meridie abscondit in cœlo: requirite in annalibus vestris, invenietis, Temporibus Pilati, Christo patiente, fugato Sole interruptum tenebris diem. Fuit hæc Ecclipsis Solis, non communis; sed ira quædam atque molestia. Ein besonder Zorn / vnd verdruß Gottes / vnd der Creaturen. Chrys. Sanctissime DEUS; tenebræ nunc temporis in Religione exoriuntur plus quàm Cimmeriæ, Caligines plus quàm Ægyptiacæ: Et quid mirum, illas post tantam Evangelii lucem rursus exoriri? Christus crucifigitur in membris; unde necesse est, homines caligare in tenebris: non prius Sol obscuratur, quàm Christy in cruce abitū meditatur: adest caligo, quia crescit ubiq; persecutio. Ach liber H. Jesu /

laß vns die schöne werthe Sonnen die helle Evangeliumsstimme/ die herrliche Gnaden Sonnen/ nicht gantz vnd gar vntergahn. Advesperascit, & inclinata est dies: Veniat ergò ad nos, & in nos sempiterna requies. Christe, tu lux mundi es, quia tua luce Ecclesiam illuminas. Origen. homel. 1. in Genes. Quomodo sine lumine est, cui lumen in corde est? aut quomodo Sol ei & dies non est, cui Sol & dies tu Christe non es? Cyprian. serm. 6. de orat. domin. Quod Sol obscuratus, significat ipsam creaturam condolere Domino suo cruciato. Elias Cret. in orat. 4. Solis splendor defecit in terris, Lux recessit à Judæis. Theophyl. in 27. Matt. *Velum templi scissum est in medium:* Velum hoc est interius. Cyrillus, lib. 12. in Johann. c. 37. Velum nobilius & principalius; de quo Exod. 26. de quo Josephus, quod colorum permixtione, omnium

omnium rerum imaginem velut prætulerit, coccô videbatur ignem imitari, byſſo terram, hyacintho aërem, mare purpurâ. l. 6. de bell. Judaic. c. 6. Et ita per ſciſsionem illam ſignificatum, per Chriſti mortem eſſe impleta, quæ ſupellectile illa ſacra in Sancto ſanctorum credenda fuerunt præfigurata. D. Gerh. l. d. cap. 18. p. 845. In adventu rerum nunciatarum finita ſunt officia nunciorum. Leo, ſerm. 18. de paſs. Dom. Es ſolt kein Thierblut mehr in das Allerheiligſte getragen werden: mit Chriſti Blut ſollen wir hinfort erſcheinen. Arndt. conc. 19. paſs. pag. 342. Ita velum ſcinditur, quia Synagoga honore nudatur, & obſervatio antiqua diſſolvitur. Auguſtinus, de Temp. ſerm. 114. Veritas figuram auferebat; & ſuperflui erant nuncii, ſub præſentia nunciati. Leo, ſerm. 17. de paſs. Scindamus nos velamentum culpæ,

ut nobis obveniat argumentum gratiæ. Viola nolæ, sive campanæ figuram repræsentat. Ecce tibi geminæ campanulæ lugubres, quibus Salvatoris mors est præsignata: Finsternüß vnd Riß/ sind zwey sonderliche Leich vnd Trauergloggen. In morte visus deficit, & omnium membrorum vigor desinit.

Septimus violarum fasciculus *Christi Exspiratio. Jesus clamavit voce magna*, quia mori voluit in fide magna. Domine Jesu, si amplius clamare non possum, exaudi finale cordis mei desiderium, cordis mei suspirium, animulæ meæ extremum petitorium. Jesus ait: *Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum:* Ut passionem incepit prece: ita concludit etiam oratione: Mors ad tempus carnem & animam separavit, sed neutrum à verbo Dei. Lombard. l. 3. dist. 21. Christi mors

non

non fuit imaginaria & putativa; nam si ita fuisset, nihil in ligno remansisset. Epiphan. Heres. 41. *Hæc dicens, exspirauit.* In hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari navigantibus, nullus portus, nisi mortis est. Senec. ad Polyb. c. 28. Exspirare melius, quàm cum indignatione animam exhalare: Melius est beatè exspirare, quàm in doloribus suspirare. Ἐπώμενα mortis Christi, etiam fasciculus violarum habet.

1. *est Centurionis confessio*: Der Hauptmann war ein newer Leichprediger. Paratior Centurio ad capiendam religionē, quàm ex Sacerdotibus præco: ad vocem credidit; agnovit filium DEI non ex facie, sed ex voce. Bernh. super Cantic. serm. 28. Auditus invenit, quod non visus, oculū species fefellit, auri veritas se infundit: oculus pronunciabat infirmum, oculus

fœdum, oculus miserum, oculus morte turpissima condemnatum, Auri DEI filius, auri formosus innotuit. Idem. Sic melior indoctus timens DEUM, quàm doctus, transgrediens legis edictum. Maral. in speculo Exempl. l. 2. cap. 5. *Verè hic homo justus erat.* Verè non fictè; quia miracula innocentiæ testimonium Christo dederant: ideò injustè illum interfectum Centurio credidit. Ἀληθῶς. Christus homo justus erat, quia peccatum non fecerat. Calvinus hîc pro more suo ludit, & in Centurione fidem, subitum tantummodò, & evanidum impetum statuit, in Harm. Verùm verba contrarium evincunt: vera fides erat: honoravit filium, & per filium Patrem. Calvinus hîc Lucianus (per anagramma) non Christianus est.

2. *est Turbæ testificatio:* & omnis turba eorum, qui simul aderant ad specta-

spectaculum istud, & videbant, quæ fiebant; percutientes pectora sua, reverebantur. Turba intelligitur, quæ spectandi causâ, ex urbe in montem Galgatheum fuerat egressa: Unus militum confitetur, turba multa reveretur. Rarum in cœlis miles obsonium; rarum in Ecclesia miles spectaculum. In hoc tamen ordine sunt, licet numero pauci, qui Christum confitentur, plures in turba, qui crucifixum reverentur. Percussio pectoris signum doloris. D. Gerhard. l. d. c. 18. p. 861. revere batur turba vindictam, quam timebat, ob visam & auditam miraculorum copiam.

3. *est notorum, amicorum, & mulierculârum erga Christum affectio:* Centurio, milites, & turba circumstans, glorificaverunt Christum mortuum, quem blasphemaverunt adhûc vivũ. Sed noti, amici, mulierculæ sta-

bant, non titubabant; in amore ſtabiles, non in fide labiles: quæ mulieres olim vivum ſunt ſecutę, nunc morientem, amoris affectu, ſunt proſecutæ. Magna poſſeſſio amici in neceſſitate, ſi fidelis ſit; major amici diſceſſio in tribulatione, ſi præter cauſam fit. Amicus optimus in re incerta cernitur: amicus fideliſsimus in re minus læta, ab inimico diſcernitur.

Anima Chriſtiana, anima devota, ex omnibus hiſce violarum faſciculis, tibi Conſervã præpara, quæ tibi multisq; proficiet in diſceſsione animarũ. Quis prudentior familiâspater, violarum conſervam non petat? quæ ſagacior famaliâsmater, eandem ſibi non procurat? Mori commune hominum eſt, ut naſci, pati. Conſerva violacea ars moriendi optima; ſive ad beate moriendum præparatio valdè Chriſtiana; quæ conſiſtit in ſequentibus Regulis. 1. Flendum eſt: ob filios, ob ſeipſum.

seipsum. Quid sumus coram DEO? peccatores sumus, in pelago iniquitatis constituti sumus: in criminum volutabro grandiori immersi sumus. Igitur fleat quisq; moriturus sine crimine, & doleat, se malè impendisse tempora. Dicat: Domine JESU, miserere mei, sicut scis, & sicut vis: ut ita plenus dierum mori possit. Plenus dierum moritur, qui per hæc transeuntia tempora, id quod non transit, operatur. Amissas horas reparavit qui amisisse sincerè doluit. Flendum etiam super filios, super liberos, super notos & amicos: Illi majoribus fortè pœnis reservantur, quas morituri effugiunt. Beatissimi D. Meisneri recordor (cujus literæ ad me toties exaratæ mihi nunc verè melli sunt) is jamjam agonizans flevit super filios, hoc est, dixit, vel potius cycni instar valedixit: ô vos astantes miseros, quos in hoc ca-

lamitatum Oceano palpitantes & fluctuantes relinquere post me cogor: sequimini, aut diutius patimini. Ego nunc aliam regionem cogito: ego in palatium æternum transeo, in quo neque labor, neque dolor est. Vide concionem funebrem valde masculam, D.D. Jacobi Martini, in person. Quod nihil aliud, quàm ante mortem mori, quàm seipsum sepelire. O mea Anima LATENS vive: beatè vixit benè qui latuit: quietissimè vivit, quisquis seipsum ita sepelivit. Drexel. in prodrom. æternit. c. 3. §. 8. p. 308. Hæc vita, quæ abscondita est cum Christo in DEO. Coloss. 3. 3. Colloquendum est: Salvator ad crucem perrecturus, loquitur, non conticescit, loquitur coram filiabus, qui obmutuit coràm judicibus. Loquendum 1. cum Salvatore, Messia, ac dicendum:

Vespera nunc venit, nobiscum Christe maneto,

Extin-

Extingui lucem, ne patriare tuam.

Domine Jesu, tu verè Josua; nemo præter te vitæ meæ solem properantem sistit, & diem extendit. Jos. 10. ah mea lux, mea temporalis vita, jam occasura in terræ sinum festinat. Sol cottidiè seipsum funerat, vespillo sibi diurnus. Sic abeunte —— ruit oceano nox: redivivus tamen de mane prodit: sic ego piè moriendo, ad larem proprium festino, Paulò post è sepulchro producendus, in longè meliori & clariori schemate. En bone Jesu, dulcis Jesu, advesperascit: sensus abeunt, & deficiunt, in singulas horas, ut umbræ similior sim, larvæ similior sim, sceleto similior sim, quàm homini. Sed abeant sensus, quos retinere non possum: Tu piè Christe mane, quô carere non possum. Bone Jesu, cæteris omnibus missionem, do, tibi, mansionem: Satis est, si tua gratia mecum est: Si vox omnis hæserit, tenuis

duntaxat halitus (exaudi, exaudi, Domine Jesu, cum lachrymis hæc, in proferiis, Jubilate 25. April 1629. amorosè desiderantem) isthæc verba egerat. Mane mecum Domine, Domine, mane mecum, loquendum. 2. Cum Anima: Emigrare illa debet, sed non sine valedictione, sed non sine commẽdatione. Viaticum habes, quô te morientẽ instruas. Si animam ex corpore sejunam dimisseris, ipsam in via deficere, oppidô videbis. S. cæna verô ἐφόδιον ἱερόν est (ἐφόδιον quod ad iter conficiendum accipitur: sumptus viæ auxilium. Scapul. in Lexic. p.m. 1130. l. bb. ein Zehrpfennig oder Reißgelt/) qui hôc se moriturus etiam reficit, ille in via nunquàm deficit. loquendum est, cum amicorum turba: Ultima voluntatis dispositio non susq; deq; habenda: testamentariæ tabulæ affectq veros indicant: quæ non debent esse por-

porcelli, felis, sed Christiani. Optimum & beatissimum testamentum: Tibi Deo commendo animam, corpo terræ, & substantiam hæredibus. In Jesum Christum credo: Deum meum ex toto corde diligo, de peccatis meis sincerè doleo: inimicis meis ignosco, vitam æternam desidero, vitam temporalem libenter relinquo: valere, ægrotare, vivere, mori, quandocunque Deo visum, paradissimus. Vos cæteri valete, & brevi præcedentem sequimini. 3. Patiendum: Non sis Martyr delicatus, si vis esse cum Salvatore beatus: Inter latrones Salvator noster educitur, inter latrones patitur, inter latrones crucifigitur. ô Lutum, quid murmuras, contra figulum tuum? quid grunnire incipis contra creatorem tuum? Nullum tàm arctum est jugum, quod nõ mino, lædat ducentem, quàm repugnantẽ: Unicum mali levamẽ est pati, & necessitatibus suis obsequi. Ex

Seneca

Seneca.l.3.de ira.c.16. Quid trepidas ô Cruciane, ô moriture? erige te, spera in Deo, & mox erit finis. Gravia sunt ista, sed sunt brevia. Noli, oro, succumbere: Pulcherrimum est, & verè Christianum, nec voluptati cedere, nec dolori. Drexel. in prodrom. ætern. §.34.p.214. Christum non amas, si pati recusas: Quo pungeris, inde nascitur rosa, quâ coroneris: patere igitur quod non vis, ut assequaris, quod vis. August. in Psal. 79. Optimum remedium & antidotum patientia, quæ vincit omnia. 4. Fortitèr & feliciter moriendum: Salvator montem Golgatheum nō exhorruit, sed inibi lætus crucem adscendit: quot hominum cœmiterium putant esse Caci alicujus terribile antrum? Cæterum, O homo, nunquid non ibi tua domus est: tuus lectulus, tuum dormitorium? Inquis: sed ibi sepulcrum, ossa sunt, sunt, crania, sunt sceleta: Etiam ista montis,

Golga-

Golgathei supellex erat, quæ tamen Christo morienti ibidem non invisa erat. Quis domum suam fugeret? in hoc vera sapientia, mortem foriter tolerare, & mortis domum non formidare. Ut sol ad occasum tendens, amœnior: sic homo morti vicinus, plerumque sapientior. Drexel. l. d. parag. 26. p. 371. Tempus abire, tibi, inquilinus es, non possessor domus: ista tibi locata est, non donata, & si nolis, emigrabis: non eam tali conditione accepisti, ut quasi tempora certa tibi sint. Quid dixit Dominus tuus? Quando voluero, cum dixero, migra: paratus esto, expello te de hospitio, sed dabo domum: inquilinus es in terra, possessor eris in cœlo. August. in Psal. 148. Delicias cœlestes avidius exspectat, firmius sperat, qui terræ deliciis se ipse privat. 5. Inimicis ignoscendum: Ignovit Christus, ignoscat Christianus. Non vult Christus animam sanguino-

ginolentam odio, sed Christi sanguine atque merito. Per viam Calvariæ transis, si inimicis ignoscis. 6. Temporabilibus bonis valedicendum: Relinquit Christus vestimenta, non recipit: Non semper mulsum, temporalia tibi Deus non donavit, sed villicum super illa te constituit: in hoc nascimur, ut defungamur. Nullum sine exitu iter: nulla sine morte in his terris vita. Absynthium quidem est, denudari, expilari, mori, sed ut olim victoris fuit in Latinarum feriis bibere absynthium: ita nunc Christiani. Plin. l. 27. c. 7. histor. animal. Bibe jam ut vincas: dulcia non meminit, qui non gustavit amara. 7. Crucifixi memoriæ in hærendum: Ut Judæus crucifixit Christum; ita mors crucifigit Christianum: Crux nostra, finis vitæ nostræ, in qua mors nos in terram violenter devolvit, manus & pedes constingit, oculos con-

confringit, nares obdurat, os claudit, cor lacerat, & noſtra membra validiſſimè ligat: mortem tamen vicit, qui dextrà paſſus eſt à morte ſe vinci. Crucifixio mortis melior, quàm tribulatio mundi. Sat vigilatum inter ſpinas, ſat luſum inter feras, ſat laboratum inter procellas: melior inde habitatio in cœlis, quàm peregrinatio in terris. Nazianzenus, Orat. 19. 8. Ludibriis mundi non intendendum. Dum in cruce pendet Chriſtus, illudere pendenti, pergit Judæus: vix aliter tibi eveniet: Illudet mundus, cum adveniet vitæ terminus: Sed videndum, non quid faciat mundus, ſed quid adferat mortis nuncius. Quæ cæcitas animi, quævè dementia eſt, amare preſſuras, illuſiõnes, pœnas & lachrymas mundi, & non potius feſtinare ad gaudium, quod nunquàm poteſt auferri? Mors mortaliũ omniũ portus eſt: vita mortaliũ omnium partus eſt, qui non ſine dolore-

VIOZAR.

dolore. Felix littus, securus portus, in quo nemo, nisi volens naufragatur. 8. Latronis dextri vestigiis insistendum: Felix latro, qui schola Christi plus in virtute profecit tribus horis, quàm infidelis Ischariothes tribus annis. Ad hunc itaque justè patrocinium declinatur: ut latro fit Chtisto causidicus, sic tu animæ tuæ: roga Salvatorem, ut te in exilio gementem aspiciat, & abeuntem te in regnum suum admittat. Si amas post hanc vitam purgatorium quod non est, non cupis habere cœlum, quod jam omnibus in Christum credentibus reseratum & apertum est. 9. ex mortis caligine jam ingruente, & rictu membra discerpente, sive dilacerante, nō plangendum. Quod Leo luridus dilacerat, Leo Israëliticus redintegrat. Vide, quàm in solatium nostri, resurrectionem futuram omnis natura meditetur: Sol demergit, & nascitur: astra labuntur & redeunt:

flores

flores occidunt, & reviviſcunt: poſt ſenium arbuſta frondeſcunt: ſemina non niſi corrupta reviviſcunt; ita Corpus in ſeculo; Ut arbores in hyberno occultant virorem, ariditate mentita. Quid feſtinas, ut durante adhûc hyeme reviviſcat & redeat? Exſpectãdum nobis etiam ver corporis eſt. Minut. Felix. in octav. 10. Heliotropium inſpiciendum: Continuò ad ſolem ſe vertit: Tu mea anima, diſce à Chriſto mori: Hic exſpiravit dicendo, & dixit exſpirando: Heliotropium cum Sole ſe circum agit, abeuntem intuetur, ſemper, omnibusque horis cum eo vertitur, etiam die nubilo. (verba Drexelii. cap. 3. prodrom. ætern. §. 49. p. 434. Tantus eſt amor floris in hoc ſydus? Nubilum, dies mortis eſt: Cave, ne à Jeſu Sole juſtitiæ fidem tuam ſubtrahas; cum eo, in eo, vixiſti, in eo morere immotis oculis Solem in cruce occidentem intuere: ipſius Εὐθα-

νασίαν

νασίαν disce, & spiritum patri commẽda, in pace. Benè collocatur, quod potentię cœlesti demãdatur. Est in tuto, quod reponitur in cælo. Et hic Decalogus est, piè moriendi. Ex istis regulis in U M, hauriendum est piè libenterque moriendi desiderium. Conserva hæc violarum pro recipe fidelissimarum animarum: Hæc mihi conserva sit unica, cum me mors crucifigit amara; hæc tibi conserva sit unica, bone lector, Christiane lector, ex qua nobis æternum jubilate, ut illam negligentibus, æternum ejulate. Tantum de violarum fasciculo in monte Calvariæ. *Domine Jesu*, Salvator, Da ut ultimũ verbum in cruce sit ultimũ meum verbum in hac luce; & cum amplius fari non possum, exaudi finale cordis desiderium. Da ut cogitem de fasciculis violarum in monte Calvariæ, si ingruit hora mortis propinquæ: ut hîc moriar in pace, & illic versẽr in æterna luce, AMEN.

1. *Sic Leo dormivit, qui per vigil omnia trivit,*
Saxeus est, quem non iste movere potest.

2 JESUS.

De cruce deponitur hora vespertina,
Fortitudo latuit in morte divina,
JEsus mortem subiit vitæ medicina,
Heu, corona gloriæ jacuit supina.

MEDITATIO XLIX.

Ubi violarium Septimum & ultimum Sabbatho accommodatum.

Continens violarum fasciculos in Josephi cæmiterio.

Esa. 53. Dabit divitem pro morte sua.

August. de Tem. ser. 18. Sepultus est Salvator, ut sepulturæ sanctorum benediceret.

Bernh. in serm. 75. in Cantic. Mea exspiratio crucifixa, mea dormitio sepulta.

EST TUMULUS CHRISTI THALAMUS.

Anima

ANima Christiana, anima devota: dies hodie Saturni, uti antiquitus vocabatur: dies peccatorum vespera: Der Sonn oder Sünden Abend; in hoc die convenit visitare Josephi cæmiterium, & Salvatorem revereri sepultum. Si magnum & precioſum quod Christus pro te passus, magnum etiam sit, & precioſum quod pro te sepultus. Aliquot violarum fasciculi concurrunt in dormitorio Josephi. 1. Josephi testimonium. 1. ab ætate. Erat vir. ἀνήρ, non fœmina erat; non puer, sed vir ætate, & virtute. Ex viro virtus; propria fortitudo, cujus munera duo maxima, mortis doloriſque contemptio. Beemann. de Origin. lat. ling. p. 811. Etiam fœmina virilem animum gerere potest, ſi virtutem habeat. Vir ſine virtute, est nomen ſine actione: Vir ſimus Evangelici, hoc tempore, quô Religio non tacenda, ſed adverſariis fortiter proponenda.

Ecce,

Ecce vir: Ecce, asterismus Spiritus sancti, arduum aliquid & μυηεουτικὸν insinuans. Ecce vir, in calamitate, in temporum difficultate, in persecutionis gravitate. Qui non est vir in tribulationibus, non habebit ver, in perpetuis jubilationibus. 2. *à nomine: Joseph.* Joseph, latinè accessio, vel additio, à radice Jasaph, addidit, adjecit, auxit. Joseph esto, mea anima. Auge Ecclesiam auditore, politiam cive, vocationem & officium virtute, cœlum cantore. 3. *à vitæ ordine.* Erat ὑπάρχων, decurio: quod hoc loco non est nomen officii militaris, sed senatoriæ dignitatis; qui Romæ dicebatur Senator, in municipiis appellabatur decurio. D. Gerhard. p. 902. Etiam Senatores, Politici Magistratus, in Electorum syllabo sunt: nec curia à cruore est, sed à cura. Non fœtet coram DEO sanguine, qui se Christi cruore lotum novit à crimine, licet

non sit in Ecclesiastico ordine: Melior est Monarcha devotus, quàm Papa loricatus, sive illotus. Senatores politici, proceres, eò incumbite, ut sicut hîc estis in ordine senatorum, illic esse queatis in numero electorum, atque Angelorum. Da wirds ein lieben liechten Rhat abgeben. 4. *ab integritate*: Vir bonus & justus: bonus erga DEUM, justus erga proximum: nemini justitiam inferens, sed potius justitiam ingerens, gravis & modestus, suum cuiq; tribuens. Billich wird hierunter der Erbaren Rahtherren Lob gepriesen/ die sich Jesu Christi / vnd seines Worts vnd Diener nicht schemen: dann Erbarkeit vnd Redligkeit ist ehrenwerth. Matth. de vit. Christ. l. d. conc. 12. p. 51. Conscientiam habe bonam, Senator, coram DEO; famam bonam coram proximo. 5. *à probitate*: non consenserat consiliis & actibus eorum. Da er

hört/

hört/ daß man vnschuldige Leuth im rücken verdampt / da wil er bey seinem Gott vnd Eid nicht willigen. Matth. l. d. Non erat συγκατατιθέμενος, h.e. approbans sine consensu consilium, Er wolt nicht das placet singen. Boëmus, conc. pass. 140. p. 438. Si non eris malo socius in culpa, non eris etiam socius in pœna: sumuntur à conversantibus mores: ut quædam corporis vitia in contactos transiliunt: ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus convictores in amorem vini traxit: impudicorum cœtus fortem quoq; & siliceum virum emollit. Ex Philos. 6. *à patriæ celebritate*: Mihi videtur (verba Chrysostomi, hom. 85. in Johann.) nobilem fuisse Joseph, quod ex sepulchro constat, & Pilato notus erat. Certè Joseph nobilis erat fide, licet non genere: plus fidei dignitas, quàm generis nobilitas: *ab Arimathia*

civitate Judæus oriundus erat Joseph. Arimathia primùm Rama fuit dicta, quia in altitudine, sive in excelsis sita: Syriaco idiotismo Ramatha, augmento addito, ac terminatione Græca, ἁρμαθαία. D. Gerhard. l. d. p. 900. Ut incola: ita patria. Utrumq; honestum, nec pudore dignum, nec confessione: Si non potes esse civis Arimatheæ, cõtende, ut fias civis cœlestis Hierosolymæ. 7. *à pietate*: qui exspectabat & ipse regnum DEI. Das ist drawen/ein dichtes vnd derbes Lob/ daß dieser Rathmann auff das Reich Gottes gehoffet/ daß ein ander Leben nach diesem Todt seyn werde/ daher wir widerumb erstehen werden: da alle Erbarkeit vnd Redligkeit an Tag kommen wird/ wie die Mittags Sonne. Matth. l. d. p. 51. Pietas tutissima rerum. Satiùs exspectare regnum DEI, quàm regnum mundi: Satiùs est credere vitam æternã, quàm vivere vitam porcinam. Joseph exspectavit

dixit Messiam, non mortalem gloriã: Regnum duplex: gratiæ & gloriæ. Utraq; significatio huic loco congruit, ideò utraq; conjungi potest. D. Gerhardus, loco dict. p. 904. Domine Jesu, inter tot calamitates, persecutiones, flagella, pericula, regnum tuum, auxilium tuum: brachium tuum exspecto, & regnum mundi contemno, quod brevi terminatur, quia regnum tuum abominatur. Adveniat regnum tuum, Domine JESU, & abscedat opprobriũ meum. AMEN. immitte me in regnum gratiæ, ut deinceps fiam civis tuæ gloriæ.

2. Violarum fasciculus in Josephi dormitorio est *Charitatis vinculum*. Totus ardet Joseph amore ergà Christum, licet illum cognoverit esse crucifixum. Amor ille relucet 1. ex accessione animosa: accedit Pilatũ magna animi præsentia & confidentia, nullis periculis territa: non metuit bonorum

confiscationem, honoris diminutionem, internecionem, relegationem. Prætorium intrat, nec more Judæorũ profanationem sui formidat: Accensa enim in corde vera fidei luce, evanescunt traditionum & superstitionum nebulæ. D. Gerhardus, l. d. p. 908. 2. ex postulatione gloriosa: postulat non prædium, non officium, nõ mutuum; sed crucifixũ petit, corpus JESU petit. Usitatum erat apud Judæos, ut facinorosi vel insepulti abjicerentur, vel in ipso Calvariæ monte sepelirentur, nõ tamen in sepulchra profundè effossa, sed in scrobem superficiariâ opera paratam, unde posteà Calvaria & ossa hinc inde disjecta jacebant, D. Gerhard. l. d. p. 899. Ne igitur hæc ignominia Christo irrogaretur, excitavit DEUS viros honoratos & autoritate conspicuos, qui de honesta sepultura ipsi prospicerent. Joseph bekendt mit seiner Bitt / daß er Jesum den Mann lieb habe. Matthes. l. d.

—— acceptissima semper
munera sunt, autor, quæ preciosa facit.
Ovid. Heroum. epist. 16. v. 71. Qui Christum habet, omnes secum divitias habet. Chrysost. l. 45. hom. 16. Joseph, suscipiēdo divitem, nescivit fidei paupertatem. Ambr. l. 10. in Luc. 3. ex sepelitione preciosa: Depositum corpus JESU involvit sindone: Sadon sive sindon, genus purissimi & subtilissimi lintei. Unde procul dubio nostrum Germanicum Seiden. Becmann. de origine L. Ling. p. 709. Sericum involucrum prohibitum erat etiam principi, qui tamen ut rex sepeliebatur. D. Gerh. p. 912. ex Mos. Ægypt. Sindon, köstlich Leinwath / oder weisser Zindel. Salvatoris corpus Joseph deponit: quod misere ligatum, dolorose vulneratū. Ludolph. de Saxon. part. 2. de vit. Christ. c. 58. cuidam mulierculæ revelatū scribit, quod Christus in corpore 5490 5490. vulnera receperit. Unde versus: Vulne

Mittitur, ut legitur, olim vox cœlica terris,
Duc undecies, X demptâ simplice, Christi,
Unde revixisti, vulnera cuncta, sciens.

¶ In corpore Salvatoris mortuo, cogitemus 1. *nostrum opprobrium*: Scrutare, ô anima, quàm diligentissimè, omnia corporis Christi membra inquirito animæ motus. Theodor. serm. 10. de provident. & invenies nos homines, quia autores culpæ, ita etiam pœnæ: ut labis, ita etiam crucis. Wir haben den HErrn Jesum zu einer vngestalten Leich gemacht. Boemus, in spectac. pass. Christ. conc. 143. p. 476. 2. *nostrum solatium*: sua enim deformitate reddidit Salvator nos formosos; sua morte vivos, suâ ignominia beatos; sua confusione confisos; Vulnera Salvatoris sunt feneſtræ cœli, fontes seculi; unde mel & oleum, in caloribus peccati; foramina petræ, in quibus columba tutatur,

tatur, & circumvolitantem intrepidè accipitrem intuetur. Bernhard. super Cantic. serm. 61. Anceps & caducum est omne terrenum: sed omne, quod in hac petra figitur, firmum & æternum: Unde, turbabor, sed non perturbabor, quia vulnerum Christi recordabor. Idem 3. *nostrum debitum*: Vult benignus dux devoti militis vultum & oculos in sua sustolli vulnera. Bernhard. super Cantic. serm. 61. Joseph posuit corpus Christi in monumento excisо, in quo nondum quisquam positus fuerat. 1. ut novum sepulchrum Mariæ virginis uterum demonstraret. In novo sepulchro poni Salvator voluit, ut sanctitas virginitatis uteri in omnibus ornaretur, ex convenientia inviolabilis sepulchri. Ex August. de Symb. ad Cat. l. 3. c. 6. l. de fid. & symb. c. 5. Novus venter concepit, novus tumulus concluſit. Idem. de Tempor. serm. 133. 2. ut non alius

à mortuis resurrexisse affirmaret. 3. ut renovationem nostram in morte & sepultura insinuaret. Novum monumentum symbolo quodam manifestat futuram novitatem, per sepulchrum Domini, contra mortem & corruptionem, & quod innovandi simus omnes in illo. Ex Theophyl.

111 3. Violarum fasciculus in Josephi dormitorio; *illucescens Sabbathum*: Erat dies parasceves, & Sabbathum illucescebat. *Illucescere* hîc similiter usurpatur pro incipere, quia aliâs dies naturalis à luce incipit. D. Gerhard. l. d. p. 924. Nostra dies parasceves locum obtinēs; ferè sunt nunc ab omnibus creaturis præparatoria, quia jamjam Judex universalis appropinquat, in sua gloria. Sabbathum illucescit, præ foribus est vita altera; sors sanctorum jamjam propinqua est.

Ventum ad supremum est & non meliora sequentur,

Donec

Donec ad adventum, maximè Christe, tuum.

Quartus & ultimus violarum in Josephi dormitorio fasciculus est *mulierc*ularum Encomium: *Subsecutæ mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa.* Magnus fœminarum amor; quæ non solum è Galilæa secutæ, sed etiam Christum usque ad Calvariæ montem sunt comitatæ, imò ad sepulchrum etiam profectæ. Verus & sincerus amor Christum neq; vivum neque mortuum deserit. *Viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus ejus.* Monumentum videre, est mortalitatem frequenter cogitare: Videre, quomodo positum sit corpus, est considerare, quomodo tandem homines capiat tumulus. *Et revertentes, paraverunt aromata & unguenta, & Sabbatho quidem siluerunt, secundùm mandatum.* Aromata parare, est mortuis misericordiâ præstare. III.

¶ In Sabbatho quiescere Christus voluit 1. *in creationis memoriam*: In Creatione DEUS requievit, non ut in mundi administratione cessaret, sed ut ultrà mundum non faceret. Claret, ne uno quidé die cessasse DEUM ab opere regendi, quæ creavit. August. l. 4. de Genes. ad liter. c. 12. 2. *in completæ Legis indicium*: In Lege Sabbathum præcipitur; per Sabbathi observationem à malo abstinere jubemur, & feriari docemur. Gregor. Nyssen. de resurr. Christi. orat. 1. 3. *in futuri Sabbathi festum*. ¶ Sabbathum æterna vita. 1. propter quietis tranquillitatem. 2. Loci jucunditatem: Temporale Sabbathum agimus in templo, æternum in cœlo, ubi omnia plena sunt gaudio. 3. propter societatis sanctitatem: Non omnes sancti, qui calcant limina templi. 4. colloquiorum gravitatem. 5. vestium claritatem: Quemadmodum Sol non indiget vestibus;

ſtibus; non aliis aliquibus opus habet, ſed ſimulatq; illuxit, gloriam ſui fulgoris oſtendit: Ita & tunc erit. Chryſoſtom. homel. 2. in 1. ad Timoth. 6. refectionis ſuavitatem. 7. laudis celebritatem: Septimus dies erit Sabbathum noſtrum, cujus finis non erit veſpera: ſed dominicus dies, velut octavus æternus, qui Chriſti reſurrectioni ſacratus eſt, æternam non ſolum ſpiritus, ſed etiam corporis præfigurans requiem. Auguſtin. de Civit. DEI. l. 22. c 30.

Domine JESU, magne Salvator, da poſt dolores gaudia, Solem poſt nubila, & Sabbathum æternum, poſt tot tribulationum fulmina. AMEN.

Qui jacuiſti mortuus,
In petra Rex innocuus,
Regas me quæſo miſerum,
Pro quo dediſti precium,
Fac me in te quieſcere,
Vitamq; ſancte claudere.

Tuum confortes famulum,
Et conteras Diabolum.
Et per tuam Clementiam
Deducas me ad gloriam.
AMEN.

MEDITATIO L. & Ultima.

Praxin antecedentium continens utiliſsimam.

Pſal. 4. in idipſum dormiam, & requieſcam.

Chriſtus ſepulchrum mortis non deſiderabat, qui de morte trophæa referebat. *Ambroſ. l. 3. de Virg.*

–MORI SAPIENTI A, LECTUS EST TUMULUS.–

ANima devota, anima Chriſtiana. Antiquitùs ſepulchra, tumuli, corporis receptacula, floſculis coronabantur, non tàm in amoris indicium, quam reſurrectionis gloriam. Violas has purpureas, ex Joſephi Cœmiterio hortenſi

hortensi deprome, & tuo, sive tuorum sepulchris insere. Tantò erunt fragrantiores, quantò pulchriores: Tres dundaxat violas hîc decerpemus, & sic violarium passionis Dominicæ concludemus. Prima viola est vita laudabilis, & probata: Ut viola suum odorem diffundit ad vicinos; sic vita Christiana etiam laudem suam meretur apud peregrinos. Es viola odora, si bene vivis, es scabiosa in honore, si malè: Elige bonam vitam, & bonam non neglige famam. Fama, fides, oculus, tria jocum non patiuntur: Incliti animi signum, famæ diligere commodum. Qui affectat famæ commodum, negligit pecuniæ augmentum. Cassidor. l. 1. Epist. 3. Laborem non refugit, qui virtutis gloriam concupiscit. Idem, Epist. 24. Bona opinio hominum tutior est pecunia. Ex Seneca. Impius est, qui conscientiam negligit, crudelis, qui famam,

Das

Das sind die beste Leichgloggen/ die jhm einer selber leutet. —— *fama vigilare juvat*: Esto Josephus, ut honestè de te sentiat, proximus. Viola 2. est mortis frequens memoria: Si Josephus mortem non cogitasset, monumentum certè sibi non locasset. Er wil bey andern Heiligen in der Resier ligen/ da der Jüden Messias solt begraben werden. Matthes. l. d. p. 51. Sepultura optima, vita optima. Chrisostm. homel. 84. in Jobum. Vita mortuorum posita in memoria vivorum. Cicero in Anton. Ortum quicquid habet, finem timet; neque ætas ulla mortem delinit. Eadem mors reginæ imminet, quæ ancillæ. Beatus cui omnis dies postremus, beatior cui omnis hora, beatissimus cui omne momentum. Flores sumus Hemerocalli similes, quorum vita & pulchritudo diaria. Hemerobii sumus ultrà diem non viventes.

(Heme-

(Hemerobion volucris, ad Hypam fluvium) eadem luce finimus, quâ inchoamus. Quid annos meditamur? Quid secula? sæpè brevioris ævi sumo, quàm flores, aut florem umbræ. Vitulus adoratus, aureus quidem fuit, sed in pulverem redactus: sic vitæ nostræ pompa diligitur, sed tandem in nihilum resolvitur: hoc humanæ vitæ principium, hic finis: Unde homo esca vermium, saccus stercorum, calamitatis ludibrium, imbecillitatis exemplum. Turpissima ignorantia, cum homo se hominem esse obliviscitur. In Boreali oceano, juxta Moscoviam, piscis est, cui nomen mors. Hæc maris bellua maximè dentata: ideo ex ejus dentibus gladiorum capuli conficiuntur. Cardan. l. 10. de subtilit. p. 136. Corpus cujusque nostrum, ô mortalis, vivarium est, in quo piscem hunc, mortem, alimus. Ideò non procul nobis

bis hæc bellua quærenda est. Mors sua cuique domus est. Drexel.in prodrom.æternit.c.1.§.17.p.34. Quot pori corporis, tot sunt ostiola mortis. Nemo hominum secundum Dei Calendarium vixit diem integrum; quia unus dies apud Deum, est sicut mille anni, & mille sicut unus. Psal.90.atqui nullus hominum mille annis vixit, regò nec diem totum ullus: tandem sandapila ultimum superbiæ nostræ solium: Certò vita nostra,

Somnus, bulla, vitrum, glacies, flos, fabula, fœnum.

Umbra, cinis, punctum, vox, sonus, aura, nihil.

Comædia vita nostra, in qua ille principem repræsentat, alter pauperem: Prologus in hac Comædia, nasci est, narratio, dolere, epilogus, mori; larga ubique flendi, & assidua materia,

teria. Discè itaque, ô homo, beatè & tranquillè mori. Non enim commendatur, qui plurimum cythara cecinit; sed qui benè. Non laudatur, qui diu vixit, sed qui probatè: Nemo cogitationem de morte abjiciat, sed cum Josepho in desinentur suscipiat. Sigismundus 3. Rex Poloniæ, ob perpetuam cunctationem REX CRASTINUS vocabatur. O quàm multi hodieq; sunt crastini: omnia differunt, etiam morte dilaturi, si liceret: semper homo facere tunc benè cupit, quando mors faciendi tempus ademit. Chrysolog. sermon. 125. Tractura vitæ maxima est dilatio: Diaboli opus est, procrastinationem commendare: ad optices legem pingit, illud proximum, quod à nobis est, remotissimum. Funera spectamus, & videmus: sepulchra intuemur, & mortem non attendimus: cœmiterium inspicimus,

& si-

VIOLARIUM

& finem vitæ non videmus. Jam jam carnifex, mors, patibulum tibi minatur, duceris, exiguum tibi restat, & expirasti unàque tecum omnis pompa, omnis luxuria. Ut itaque, o homo, felix possis vivere, disce mori: Vive, non genio, sed cœlo. Tale eris in omne ævum, quale te gesseris in morte: Si eras tibi moriendum, quare non cogitas hodiè? si aliquando, quare non modo? Mala ad mortē præparatio, mori nolle. Facti dimidium habet, qui tūc vult, quando is, qui nihil mali vult. Quàm benè vivas, refert, non quàm diu. Ut itaque ô homo semper cogites vitæ tuæ terminum, intrare sæpius debes Josephi hortulum. Darin wechst Augentrost / Blutwurtz / Creutzblum / Dreyfaltigkeitblumen / Engelsüß / fünff Finger Kraut / Gottheil / Hertzblumen / Himmelsschlüssel / Isop / Königsblum / Liebstöckel / Myrreh / Nachtschatten / Oder-

dermenig/Peterskraut/Quilsenfrucht/ Roßmarin/ Schlangen Kraut/ Tag vnd Nacht/ Vergiß mein nicht/ vnd Wundkraut. Bruno. part.6. conc. passion. conc. 1. p. 576. Viola 3. est resurrectionis spes certissima: Certè Josephus toties de corporis incorruptione cogitavit, quoties hortulum suum visitavit. Resurrectio certè. 1. ex Exemplis. Matt. 22. Actor. 17. 1. Reg. 17. 2. Reg. 4. Matth. 9. Luc. 7. Johan. 11. 2. ex Dictis. Esai. 26. Job. 19. Johan. 5. Apoc. 20. 3. ex naturæ testimoniis: seminum, volucrum, &c. 4. ex Patrum suffragiis. Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus: ostendit resurrectionem, ut nos posse resurgere confidamus. Greg. l. 14. moral. Tolle spem resurrectionis, & resoluta est observantia omnis pietatis. Chrisostom. sup. c. 12. Matth. Si Resurrectio non est, neque Deus est, neque

que providentia est: sed casu omnia feruntur, & aguntur. Ex Damasceno.

Domine JESU, magne Salvator; da famam honestam, da mortē tranquillam, & resurrectionem glorioſam ad vitam æternam, AMEN. Et sic Adjuvante Domino, violarium nostrū, in septem areas distributum, & septimanæ diebus singulis accomodatum, confecimus. Violas habuisti, mea anima, ibidem, non caducas, sed permansuras: violas plane purpureas & plenè fragrantissimas. Si quædam insunt tibi grata, illa Spiritui Sancto tribue; sin minus, infantiæ meæ acceptum redde. Jam Monasterium exeo, cujus per quatuor ferè lustra Colonus. Memoriæ ergo violarium istud depositum volo, tanquàm studiorum, & fidelitatis meæ testem non obscurum. Jam repagulis Monasterii apertis, Auditorio copioſiori, sic Deo & Ma-

& Magistratu volente, operam meam sacram addico: fortè in hac sparta, crebriores occupationes calamum mihi excutient! Vix puto: Interim bone Lector, animula suavis, vive, lege, & si meam tenuitatem amas, in columitatem à Deo opt. max. mihi precare, quam tibi fibritùs exopto.

DEO Patri sit gloria,
Ejusq; soli Filio,
Sancto simul Paracleto,
Et nunc & in perpetuum.

AMEN AMEN AMEN.

Fr. Keppien,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747231664/phys_0583
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231664/phys_0584
DFG

hört/ daß man vnsch
cken verdampt / da
Gott vnd Eid nich
d. Non erat συγκα
approbans sine co
Er wolt nicht das
mus,conc.pasſ.14
malo ſocius in cul
ſocius in pœna: ſu
ſantibus mores: ut
vitia in contactos
mus mala ſua proxi
ſus convictores in a
impudicorum cœt
ſiliceum virum em
patriæ celebritate :
Chryſoſtomi,hom.
bilem fuiſſe Joſeph
chro conſtat,& Pila
tè Joſeph nobilis e
genere : plus fide
generis nobilitas

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.
Patch Reference numbers on UTT
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231664/phys_0585
DFG